

Stephanus Galdeti

Contra scismaticos

⟨ *Sisternus II* ⟩

Editor: Mihai Maga

work in progress
14.09.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

〈 Sisternus II 〉

P1 257v

|| In sequenti folio quotato 17^o, concluso ex fine precedentis folii, scilicet ex illa electione concordi, quam allegat primus electus, facta impanlatio etc., reddatur duratio metus dubia, et per consequens, 5
esit locus iuridice declarationis; movetur dubium ad quem pertineat huiusmodi iuridica declaratio. Et probat dominus SANCTI EUSTACII quod ad cardinales TOLETANUS oppositum et respondet ad rationem partis adverse. Item, respondet ad illud quid inducitur pro cardinalibus, quod impressio fuit notoria presenta et manifesta. Et ad quasdam 10
Decretalem que videntur facere ad hoc dicitque fundamentum cardinali de duratione metus est dubium et effici dubium ex dictis primi electi. Tenetque quod super hoc declaratio iuridica pertinet ad consilium generale. Deinde movetur dubium: quis in hoc casu convocabit consilium, et tanguntur duo modi. Deinde ostenditur non esse necessarium iure 15
divino aliquem unum hominem generale consilium convocare, et hoc ex consito generali facto in primitiva Ecclesia, de quo *Actus* 15.

Deinde tangitur quod, cum generale consilium convocari non sit in potestate simplicium fidelium, per quod iudicia declaratio fiat quod de 20
necessitate salutis habent recurrere ad forum conscientie, secundum quod ponendum est pro remedio credere cardinalibus in hiis que sunt facti. Et si ex factis ius sufficientis, ortatur etiam eis credendum, videntur in hiis que sunt iuris. Ad quod evitandum predicti scriptores respondent ed ea que sunt fora dicta et allegata per cardinales, unus negando, alter dubitando, videlicet, ad hoc quod cardinales dicunt se elegerisse Rome 25
BARTOLOMEUM BARIENSEM metu mortis eis communitate* terribiliter etc., alias non facturos. Et unum aliud, quo cardinales dicant se fuisse in metu quamdiu Rome fueruntque, ut tactum est, negari aut dubitari non possunt sine gravi peccato mortali cardinalibus illa concorditer asserentibus et in iuramento vallantibus.

30 Suprascripta puncta tanguntur in prima pagina folii quottati 17ⁱ, in secunda vero pagina dicti folii, tangendum aliqua dicta primi scriptorum alibi latius tacta, videlicet de hoc quod dicit cardinales confiteri se elegerisse BARTOLOMEUM BARIENSEM, et in hoc credendum esse eis, sed cum dicunt ex metu, hoc fuisse, hoc oportet eos probare; hoc tactum

2 ex] p. c. sup. lin. P1 ; in a. c. P1 11 est dubium] p. c. in ras.
P1 13 movetur] quis scr. sed del. P1 17 convocari] convocare a. c.
P1 19 recurrere] ricurere P1 20 est] poner. scr. sed del. P1 23 fora]
sup. lin. P1

est alibi.

Item, de hoc quod dicit cardinales non tantum confidere cause quin hoc pareri suis BRITONIBUS MARCHE iudice dissemptare, tactum etiam alibi. Et de suis FLORENTINUS qualiter contra collegium cardinalium
 5 posuerunt comitiam sancti Georgii, hic et alibi de hiis habetur. Item, quod dicit cardinales fuisse deceptos per BARTOLOMEUM BARIENSEM ex eo que putabant ipsum esse reunciaturum, tactum est de hiis omnibus dictis huiusmodi scriptorum, que ponuntur secunda pagina dicti folii quottati 17.

10 Deinde ponitur quedam cedula de impositone acceptationis personarum et patriarum ipsis cardinalibus, que acceptatio retorquetur in istum met scriptorem, et de hoc etiam alibi habetur.

Deinde, sequitur folium quottatum 18^m, in quo tangitur quedam littera studii Bononensi responsiva vel rescriptiva litteris quibusdam
 15 regis Fancie, scilicet KAROLI V, super facto adhesionis vel super adhesionem fienda CLEMENTI VII per dictum studium, que incipit “Illustrissime et serenissime princeps et domine” etc. In quibus litteris repecitur petitio regia super adhesionem predicta fienda. Deinde sequitur eorum responsio negativa reverentialis tamen contra, satis apparenter
 20 obicitur.

Sequenti vero folio quottato 19^o tangitur quedam scriptura Anglicana sub nomine Regis Anglie vel eis ex parte, ut in eius titulo dicitur cardinalibus destinata. In prima pagina ponitur predicta scriptura in qua multa iniuriosa opprobiosa et blasfema contra cardinales continentur,
 25 ut patet in menti, pro cuius impugnatione repetuntur multa dicta contra alios, specialiter contra primum, qui multa mala criminosa non solum opinatur aut suspicatur de cardinalibus, primo illa expresse eis imponit et eos super hiis assertive criminatur et probare ut fatis, tactum est contra *Scripturam Divinam* tales criminationes, quinymo etiam suspiciones,
 30 vitandas esse asserit de necessitate salutis ex quo inferebatur ipsis cardinalibus in hiis que facti sunt, et de quibus soli certi sunt esse credendum de necessitate salutis, et omnes non credentes, hesitantes, discredentes, secundum magis et minus delinquere et peccata contra legem. Et in speciali de quo minus videretur qui ultra informationem
 35 sufficientem seu sufficere debentem, cuilibet probo viro querit ulteriorem declarationem iuridicam in foro exteriori litigioso tamquam necessariam ad salutem, cum sola lex divina sufficiat ad salutem.

13 sequitur] 18 scr. sed del. P1
 25 cuius] res. scr. sed del. P1

18 adhesionem predicta] p. c. P1

Descenditurque contra scriptores illarum litterarum Anglicarum, qualiter se ostendunt inabiles ad consilium generale subeundum ex pertinacia sue adhesionis quam voto vallant seu sollemni promisso.

In sequenti folio quottato 20^o discontinuatur materia dictarum litterarum Anglicarum, et redditur ad articulum de credentia prestanda vel adhibenda testificatis per cardinales seu assertis per eosdem. Et de gravitate peccati discredentie opposite et peccatis annexis, que ex eorum scripturis patent manifeste, unde taliter discredentes cardinalibus, ut nonnulli eorum satis exprimunt suis litteris, habent opinari cardinales carere caritate, sed fide et spe, patet ex iam defunctis, specialiter qui quante probitatis et sufficientie fuerint manifestum, fuit universo orbi ratione Ecclesie subiecto, etiam Anglicis, curiam Romanam continuantibus temporibus retroactis, nec est opus ut *laudemus viros gloriosos* etc. Quamvis dictum sit: *lauda post mortem*, etc.

De URSINIS, MEDIOLANENSIS, NEMAUSENSIS, ALBANENSIS, LUCEMBOUR.

|| In 21^o folio redditur ad litteras Anglicanas et arguuntur contra scriptores, primo, quia contra ipsos sunt omnia que ab recta fuerunt contra alios duos scriptores posita quod obiectati fuit domino THOLETANO suspicio mala vel mali de proximis suis cardinalibus; nam ponit eorum testimonium vel assertionem qua affirmant et asserunt mecum impressum in eis in prima electione pro terribilem tumultum Romanorum etc. in eis durasse quamdiu Rome fuerunt fieri dubium propter assertionem primi electi, qua negat assertionem predictam cardinalium, inducens quandam electionem concordem et liberam cardinalium post facta in palatio eadem die sumpto prandio, ut supra, et actum, et ob hoc dicit dictam assertionem cardinalium fore suspecta de veritate et casum fieri dubium et indigere iuridica declaratione, nec standum esse in hoc conscientis cardinalium hic incurrit peccatum male suspicionis de proximis contra caritatem que *que benigna est; non emulatur non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt* et sequitur ad propositum: *non cogitat malum*, scilicet de proximis suis, *non congaudet super iniquitate, congaudet autem veritati; omnia suffert, omnia credit*. Unde, ut videtur cuilibet habenti caritatem, sufficeret simplex assertis duorum vel trium testium, et a multo fortiori

P1 258r

15–16 de — lucembour] in marg. P1
 del. P1 21 eorum] asser. scr. sed del. P1
 sed del. P1 eis] durasse a scr. sed del. P1
 P1 24 propter] negationem scr. sed del. P1
 34 credit] prime Corinthiorum add. in marg. P1

20 tholetano] suspicioso scr. sed
 22 mecum] in eis durasse scr.
 23 durasse] usque scr. sed del.
 30 que¹] non scr. sed del. P1

plurium, et maxime omnem, qui certificantur scire possunt veritatem de rebus assertis, cum Salvator dicat: *in ore duorum vel trium stare omne verbum*, ad ostendendum quod sibi et Patri credendum est.

Unde, si ultra simplicem assertionem duorum vel trium vel plurem,
 5 non dico simplicem, id est dubiam, sed simplicem sive miraculo
 aut iuramento, si ultra, in quam talem simplicem assertionem huius
 requiratur vel miraculum vel iuramentum, a malo est. Unde Salvator: *sit*
sermo vester, est. Quod apostolus est, a malo est. Est scilicet non
 credentis simplici ferme assertioni, sed requirentis iuramentum vel
 10 iuridicam declarationem, et est contra caritatem vel contra fervorem
 caritatis in personis fragilibus et simplicibus nolentibus simplici firme
 assertioni duorum, trium vel plurium. Nam in hoc videntur simplices et
 fragiles peccare venialiter, nec est contra caritatis, sed contra fervorem
 caritatis in prefectis vero viris, in quibus debet esse non solum caritas,
 15 ymo fervens caritas, quam describere videtur Apostolus, ubi supra,
 petere ultra certitudinem sufficientem informationem conscientialem per
 simplicem firmam assertionem iuramentum videtur peccatum magnum.
 Et adhuc petere declarationem iuridicam in foro litigioso, quod forum
 non docet servum Christi, teste Apostolo: *non oportet servum Christi*
 20 *esse litigiosum.* Maius peccatum est, et contra caritatis que non est
 litigiosa. Unde, si omnes homines haberent caritatem et eam servarent,
 et secundum eam viverent, scilicet iudicarent, loquerentur, operarentur
 iuridica declaratio in foro litigioso, locum non habet. Unde et Apostolus
 Paulus contentiones litigiosas quamvis iuridicas reprobatur, et Iacobus
 25 etiam in sua canonica volunt enim omnia in caritate fieri. Et hoc
 confirmatur, quia in statu innocentie litigiose contentiones locum non
 habuissent; modo certum est caritatem esse magis contrariam et magis
 privativam talium contentionum quam innocentiam primi, que secundum
 nonnullos potuit conferri primo parenti non collata caritate ex alio
 30 comprimari dictum premissi, quia sola amicitia virtus moralis, si ponatur
 virtus moralis vel passio naturalis humana et rationalis est alternativa
 talium. Unde, secundum PHILOSOPHUM, “si omnes essemus amici, non
 indigeremus iustitia”.

Igitur, ultra simplicem firmam assertionem vel firmas testimonium

6 assertionem] requiratur *scr. sed del. P1* 7 salvator] est ut ait sic est
 amen non quod *scr. sed del. P1* 8 apostolus] abundantius *apud fontem P1*
 16 sufficientem] dec. *scr. sed del. P1* conscientialem] petere iuramentum *scr.*
sed del. P1 17 assertionem] d. *scr. sed del. P1* videtur] didetur *a. c. P1*
 21 caritatem] et eff. *scr. sed del. P1* 34 igitur] contra forum contencioso in
 dictio Marcilii *add. in marg. P1*

in numero sufficienti secundum ius divinum predictum in ore duorum vel trium stat omne verbum petere iuramentum. A malo est petere iuridicam declarationem ultra sufficientem conscientialem testificationem a peiori est in rebus humanis rationabilibus, credibilibus, probabilibus in lumine
 5 naturali, qualiter esti in proposito testimonio cardinalium, a peiori est. Et sic facit ut dominus Tholetanus hesitans, et dubitans, et habens suspicionem de falsitate testimonii cardinalium.

Et quod hoc sic reprehensibile videtur posse probari. Nam Iudei Christo et Patri suo, et supple, scilicet, si sui et Christo secundum
 10 humanitatem et divinitatem asserenti veritates super naturales in lumine naturali, nullo modo apparentes nolentes credere sine miraculis a Christo, reprehenduntur ipso dicente: *nisi signa et prodigia videritis, non creditis*. Et alibi: *generatio prava et exagerans, signum querit et signum non dabitur tibi, nisi signum Ione prophete*, etc. Et Apostolus: *Iudei signa petunt*. Et Thomas: *nisi videro* etc. Et Christus ad eum mitte manum etc.
 15 *et noli esse incredulus, sed fidelis*, etc. Et iterum, Christus: *quia vidisti me, Thoma, credidisti; beati qui non viderunt et crediderunt*, scilicet simplicibus assertionibus legis evangelice apostolorum et discipulorum sine miraculis, sicut primi Apostoli Petrus auditis filii Zebedei Matheus
 20 et non* vere* Christum secuti sunt corporaliter et per fidem credendo in eum antequam viderent cum miracula fecisse, ut patet ex textu et ex *Omelia* GREGORII. Et sic fuerunt participes beatitudinis illius, de qua Christus dicit: *beati qui non viderunt*, etc.

Sic et Acap videtur fuisse beatus cui, cum dictum fuisset: *pete tibi
 25 signum a Domino Deo tuo, in profundum inferni, sive in excelsum supra*. Et dixit Acap: *non petam et non temptabo Domini*. Audite domus Iacob, etc.

Si ergo petere signum a Domino ad testificationem assertionum supernaturalium legis Christi ultra simplicem assertionem Christi, et
 30 etiam in lege petere, similimodo in revelatis a Deo fuit imperfectionis, a multo fortiori in proposito nostro petere iuridicam declarationem ultra sufficientem informationum conscientialem videtur non solum super falsum, ymo reprehensibile.

Ex quo ulterius posse apparere nonnullis petere consilium generale
 35 super firmum, attenta specialiter eius difficultate, ymo quasi impossibile,

1 sufficienti] iuxta scr. sed del. P1 3 testificationem] trestificationem P1
 4 in¹] rin a. c. P1 7 falsitate] f. scr. sed del. P1 9 suo] sufficienti
 scr. sed del. P1 ; in add. sup. lin. sed del. P1 sui] sup. lin. P1 10 et
 divinitatem] sup. lin. P1 12 ipso] reprehenduntur scr. sed del. P1 13 et¹]
 contra Angloribus dici add. in marg. P1 20 et¹] ei* a* add. in marg. P1
 29 christi²] sicut reprehensibilem add. in marg. P1 34 generale] attenta esse
 scr. sed del. P1

nisi propter fragilitatem multorum, et ad convincendorum multorum maliciam. Quid enim addit consilium generale per suam iuridicam declarationem conscientiali declarationi inquireret 8 cardinalibus veritatem et eorum iuramento dictum applicatur* tactum supra, nisi facti pari
 5 partem in consilium generale compromitterent iuribus suis resignationis, ideo, si que habent*.

|| Reliqua primi puncti, scilicet de audientia prestanda cardinalibus, habentur in 2^o sisterno prime scripture de hiis facte, ab 11^o folio etc. Pro alio puncto, videndum in dicto sisterno ab 8^o folio usque ad 12^m.

P1 258v

~~In isto puncto tangatur negatio audientie facta Duaci domino PICTAVENSI.~~

~~Item, tangatur de hiis qui in sua adhesione protestati sunt stare meliori informationi vel deprimunt se adhesionis prime, nisi essent melius informati.~~

Ex suprascriptis potest argui contra dominum THOLETANUM primo in hoc quod dicit predictum testimonium de duratione metus fieri dubium ex negatione primi electi, quia vel in rei veritate ex huiusmodi negatione cum sua probatione ipse efficitur dubius in conscientia sua, et tunc incurrit pravam suspicionem de proximis suis, si vero
 20 non efficitur dubius in foro conscientie, non propter ipsum est opus declaratione iuridica in foro exteriori contencioso, et nec, per consequens, propter quem sufficienter informatum; et cum omnes catholica possint conscientialiter informari sufficienter seu in foro conscientiali simili via, ut ipse. Non est opus, ut videtur, fidelibus consilio, nisi ut
 25 dictum est propter malitiam nonnullorum convincendam aut fragilitatem confirmandam in hominibus incredulis. Item scita aliqua veritate extra iudicum per informationem securam sufficientem ad generandum fidem et credulitatem propter huius credentis, non oportet amplius inquirere in foro exteriori, nisi forte propter executionem inde fiendam et ordinem
 30 iuris, notorie omnibus servandam. In facto autem vel casu presenti, ultra notitiam veritatis non restat alicia fienda executio, nisi adherentia et obedientia ad quam quilibet tenetur habita credulitate. Item, si testimonium huiusmodi est creditum vel credendum in foro conscientie, oppositum vel contrarium nullo modo est credendum in foro exteriori,

2 maliciam] non *scr. sed del. P1* 3 declarationi] inqui *scr. sed del. P1*
 4 facti pari] *dub. P1* 7 reliqua] hic ostendatur forum contenciosum fore a
 malo *add. in marg. P1* 15 potest] patet *P1*

aliter duo contraria essent credenda vel possent ab eodem fore credenda. Et sic contingeret vera perplexitas viatorum in necessariis ad salutem. Unde hic, ut videtur, esset dicendum, sicut in casu quo innocens scitus a iudice innocens probaretur in foro exteriori culpabilis, ubi constat pro
 5 securiori iudicem debere servare forum conscientie innocentem, nullo modo condempnando, resignando auctoritati iudiciali et testificando innocentiam probaci culpabilis false tamen. Quomodo ergo consilium generale in sua iuridica declaratione haberet agere, potest inquiri, quia aut haberet conformari foro conscientie, et tunc satis notum
 10 est iuxta pretacta quid et qualiter iudicantem, si vero dicatur quod posset se difformitatis et licite et difformitatis iudicare, sequitur vera perplexitas fidelibus affutura in necessariis ad salutem, que ponenda non est. Videtur ergo dominus THOLETANUS in foro conscientie hesitare de veritate predica testimonium, et sic incurrit male suspicionis de proximis
 15 vitandum, ut videtur secundum *Scripturas*, de necessitate salutis.

Primus autem scriptor ulterius delinquere et peccare videtur, non solum hesitandum de assertionibus cardinalium, ymo ipsas negando, specialiter prima, scilicet quod elegerint BARTOLOMEUS BARRENSEM ex metu, alias non factivi, hoc ipse expresse negat et notat ipsos
 20 dicere falsum, ymo mendacium, ymo mendacia plura, ut patet in eius scriptis, et ideo peccat non solum per malam suspicionem criminis vel criminum de proximis, ymo per assertionem criminum de proximis, et per criminationem et criminum impositum, et iniuriosam quo ad mendacium. Primus autem non tantum qui solum hesitare videtur de
 25 secundo testimonio, non de primo, ut satis tactum est. Anglici vero non solum hesitant de assertionibus cardinalium, ymo omnino negant falsitates, mendacia et alia crimina, imponendo non solum cum verbis iniuriis, ymo cum blasfemis multis maledictionibusque et malorum imprecationibus.

Contra igitur Anglicos vel litteram seu epistolam Anglicorum, que tangitur folio 19 seu recitatur ibidem, prima pagina, sunt omnia que dicuntur contra alios duos scriptores et alia plura que tanguntur folio 21° et 22°. Et primo, contra titulum litterarum suarum, quas ascribunt regi, quem nullo modo est verisimile in tales litteras consensisse. Deinde
 35 contra scriptores qui quales sint, aut eorum verba inhonesta, iniuriosa, non scientifica, clare monstrant et quo motivo vel qua causa ad talia

5 forum] forrum P1 15 salutis] hic te arresta add. in marg. P1
 16 primus] tertio loco videtur posita tura tim † etc. Quarto volo 1 ita 5o singuli
 c. mo. volo haberi verbi loqui etc. add. in marg. P1 35 qui] que a. c. P1

in talia prorumpunt, quoniam ex odio clare, quia talia verba non bono zelo dici possunt, cum sint contra scripturam seu cum talia dicere sic in scriptura reprobet, ad hoc in dictis foliis, specialiter 22^o scriptura multiplex inducitur, ut potest intueri, et finaliter in folio 22^o tangitur
 5 parvum de ordine trium questionum possibili mutari.

Et quid sequuntur vel quod inconueniens videtur, si ista credendia adhibenda non ponatur remedium sufficientem. Et vera sint que dicta sunt in prima questione de obligatione fidelium ad remediandum presentis scismatis, ex qui videtur* et nonnullis aliis tactis et possibilibus
 10 tangi poterit finaliter concludi congruentia, expedientia et necessitas finalis huiusmodi credentie, et quod per hanc sufficienter remediatur saluti fidelium et evitantur peccata et salvatur conscientia. Et responderi potest ad omnia arguta in prima questione et ad necessitatis consilii, de qua nonnulli faciunt magnam mentionem, et quod declaratio huiusmodi
 15 consilii expectanda non est de necessitate salutis, licet expediret ad convincendum malos mudice qui conscientialiter nolunt informari ac reformari quod* et confirmandos fragiles et debiles ad credendum.

Verte folium sequens predictis THOLETANI.

In ultimo folio presentis sisterni habetur tabula primorum eiusdem
 20 sisterni.

|| Pro responsione ad quandam rationem factam ad propositum sequentis questionis, videlicet quod in eadem causa nullus potest esse iudex, pars et testis, et per consequens, nec cardinales etc., possunt alica considerari, videlicet quod licet hoc repugnaret in viribus honestis, que
 25 sunt quedam traditiones hominum, non tamen non repugnare videtur iuri divino, quonymo nec Deo. Nam et Christus in finali iudicio erit iudex, pars et testis, quod iudicium exercebit secundum hominem, nam pater omne iudicium sibi dedit, quia filius hominis est, in quo iudicio erit index, pars et testis. Ad idem Petrus, Christi vicarius, in condemnatione Ananie et Satyre uxorum eius; Daniel in condemnatione senum; Moyses in
 30 morte Egiptii, nec reprehendit eum *Scriptura*; Phinees in interfectione Hebrei zelo motus, de quo laudatur, nam ad hoc factum suum *cessavit cassatio*, et cum hoc duo ultimi non solum fuerunt iudices, partes et

P1 259r

4 folio] hoc *scr. sed del. P1* 6 et] materia finalis huius tractatus *add. in marg. P1* 21 pro] quod † quod idem non possit et iudex † *add. in marg. sup. sed eras. P1* ; de Moyse et aliis Actuum 7 *add. in marg. sup. P1* responsione] a *scr. sed del. P1* 24 in viribus] inribus *P1* 26 divino] nec *scr. sed del. P1* christus] verus d. *scr. sed del. P1* 27 et] iudicans ut homo in mani† tamen iuri divino precise *add. in marg. P1* exercebit] exercebit *P1*

testes, ymo executores, dicendum contra Amalachicen iudex, pars, testis; Iacob contra Laban etc., lege.

Similiter in foro penitentie in contritione peccator est contra seipsum pars, testis, accusator, sive ipsius teste conscientia, et potest esse iudex
 5 condempnando seipsum ad aliquam penam temporalem presentis seculi, licet Deus sit ibidem presens iudex, scilicet in contritione commutando penam eternam futuri seculi in temporalem eiusdem seculi futuri, nam talis contritus *salvus erit, sed quasi per ignem*. In confessione vero vocali oris peccator est pars seipsum accusans, testis de facto vel fore facto
 10 proprio, sacerdos vero iudex commutando penam temporalem futuri seculi in penam temporalem presentis seculi, totaliter vel in parte.

Quod vero iuri divino non repugnet, nec etiam rationi verbi, aliquem iustum iudicem esse testem et partem videtur, nam si alius index viderit aliquem oculariter et certitudinaliter comittere aliquod crimen, ipse
 15 eque certus est de huiusmodi crimine, sicut pro quoscumque testes posset certificari, et per consequens, conscientialiter potest esse testis. Et si ipsum tangat puta quod viderit interfici fratrem suum, patrem vel filium, cur non possit conscientialiter esse pars, non videtur, in speciali in peccato comisso contra Dominum. Debet te quilibet opponere
 20 tamquam pars, et hoc ipsum confirmant exempla supraposita de Moyse, Phinees, Petro, Daniele etc.

In finali quoque iudicio apostoli, martires erunt consedentes Christo super duodecim sedes iudices*, duodecim tribus Israel, nichilominus dicentes: vindica divini sanguinem nostrum vel *usquequo, iudex vere et*
 25 *iuste, non vindicas sanguinem nostrum*, etc.

|| Dominus THOLETANUS, qui tangit secundam assertionem vel testimonium cardinalium, qui dicunt se Rome qualiter fuisse in metu, dicit ex negatione huius testimonii vel assertionis per primum electum casum fieri dubium, vel intelligit fieri dubium quoad id quod est facti,
 30 scilicet quod propter Rome fuerunt in metu, vel quoad id quod iuris est, quod inde potest inferi vel oriri iuxta illud ‘ex facto ius oritur’, videlicet quod concesso huiusmodi metu et duratione, seu eius continuatione eiusdem, actus sequentes potuerunt purgare vitium electoris et efficere primum electum Papam, inquiri potest, vel etiam potest queri potest,
 35 an intelligat seu dicat casum fieri dubium, quam ex negatione primi electi non possit electo sua representari ipso facto vel iure nulla sic

P1 259v

22 martires | aff. scr. sed del. P1 25 non | iter. P1 33 sequentes | iter. P1
 P1 36 electo | sup. lin. P1 iure | et ad secundam scr. sed del. P1

quod ad secundam procedi non potuit, etc. Si id quod facti est reddatur
dubium, nec factum, nec negatio facti possunt probari humanitus, nisi
per cardinales, nec in foro conscientie, nec in foro exteriori litigioso,
nec a consilio generali, nec partiali, vel singulari, nec ad hoc est opus
5 declaratione iuridica ultra conscientialem declarationem. Si vero dicat
casum fieri dubium quod ad ea que iuris sunt, ut tactum est, videlicet
quod non obstante continuatione metus, actus sequentes potuerunt et
debuerunt vicium electionis, eo videlicet quod continuatio metus non
fuit rationabilis eadem debens in constantes viros, et per consequens
10 non impediens actus sequentes, quin efficerent Papam BARTOLOMEUM
BARRENSEM, aut intelligat sic casum fieri dubium, quod cardinales
non potuerunt procedere ad secundam electionem, nisi iudice prima
cassata et iudicata nulla ac actus sequentes in metu nullorum iuridice
iudicatos. Et hoc ultimum dicere non potest, quia oppositum concedit
15 in scripturis suis, videlicet quod potuerunt procedere ad secundam
conscientialiter iudicantes prima de iure et ipso facto nullam, sed post
hec restat fienda iuridica declaratio an prima fuit nulla et secunda fieri
potuit per iudicem competentem, ut patet in dictis suis vel scriptus,
amplius discutiendum in alio volumine.

|| Sextum folium.

P1 260r

Alia questio potest moveri: **an in presenti scismate de vere et
rite electo Romano ac supremo Pontifice** toti multitudini fidelium
et cuilibet eius parti aut singulari persone, vel **a tota multitudine
fidelium et qualibet eius parte ac singulari persona credendum
sit electoribus de necessitate salutis.** Et potest argui pro et contra.

Pro parte affirmativa videntur dicta bone memorie reverendissimi
in Christo patris ac domini magistri GUILLELMI FLANDRINI, quondam
sacrosancte Romane ac supreme Ecclesie circa Sancti Eustacii presbiteri
cardinalis, cuius tractatu super ista materia non vidi, nec dicta
30 super isto puncto vidi, nisi quantum recitat quidam Archiepiscopus
TOLETANUS, cui tractatum suum dirigebat super ista materia dictus
dominus cardinalis. Unde inquit predictus Archiepiscopus TOLETANUS
sic: “ultimus articulus erat tractare vel declarare sententia Sacri collegii

1 procedi] posset *scr. sed del. P1* non] *sup. lin. P1* 4 generali] *sup. lin. P1* 8 eo] purgare *add. in marg. P1* 20 sextum folium] *in marg. sup. P1* 21 alia] contra conclusionem, quia nullus in eadem causa potest esse testis, iudex et pars, etc. *Credentia add. in marg. sup. P1* 22 pontifice] electo *scr. sed del. P1* toti] toto a. c. *P1* 25 electoribus] *in marg. P1* 27 patris] domini sancti *scr. sed del. P1* ac] *sup. lin. P1* domini] ac *scr. sed del. P1* 31 dirigebat] p. *scr. sed del. P1* 32 cardinalis] in l. *scr. sed del. P1*

cardinalium potestatem, quibus, ut dicitis, clerus et populus Christianus in hoc passu tenentur credere de necessitate salutis tamquam apostolis". Hanc materiam predictus archiepiscopus TOLETANUS tractare declinat, scribens predicto domino cardinale, tunc viventi, sic: istam materiam
 5 vestro et aliorum dominorum meorum cardinalium iudicio et examini credidi relinquendam nephas "enim esset absonum, si ad illorum ventilandam potentiam, auctoritatemve scrutandam, mee humilitatis stilus evadet".

Cui me conformando, scilicet potestatem et auctoritatem dominorum
 10 cardinalium, in hac parte minime discutiendo michi minimo et inscio, iudico et eis delinquo. Sed redeundo ad titulum questionis et ad probandum partem affirmativam questionis, accipio tantum unum dictum, probandum quod reverendissimus pater et dominus, dominus cardinalis PICTAVENSIS, in quodam *Sermone* elegantissimo quem super
 15 sedatione presentis scismatis in quadam synodo Cameracense fecit, dicit sufficere ad probandum et "concludendum BARTOLOMEUM, olim Barrensem archiepiscopum, nullum habere ius in papatu," et quod, ut dicit, "non revocatur modo in dubium in alica regione mundi," scilicet "quod domini cardinales propter metum mortis eis comminate crudeliter
 20 cum tumultu a Romanis, alias non facturi, eum elegerunt". Et sic de aliis actibus subsequentis, etc.

Et circa hoc probatur, primo tamen antequam ad istud probandum accedant. Et arguo primo sic, scilicet quod electionibus super premissis
 25 puncto, quinyimo de omnibus subsecutis electioni quoad ea que facti eis sit credendum de necessitate salutis, quia de necessitate salutis credendi sunt iusti et veraces, quia si de quolibet presumendum est bonum, nisi oppositum appareat, evidenter a multo fortiori de tantis viris quos sancta mater Ecclesia Spiritu Sancto recta ad tantum opus ordinavit, ut est eligere Christi vicarium universalem et caput totius Ecclesie et
 30 ad consulendum eidem in regimine Ecclesie sancte Dei. Ad hoc enim eligendi sunt maxime veri, iusti et veraces, sicut ad regendum populum Dei fuit Moysei consultum: *provide tibi de omni plebe unos potentissimos timentes divinum in quibus sit veritas*. Que veritas seu veracitas maxime

10 discutiendo] discutienda a. c. P1 ; sed et scr. sed del. P1 11 iudico — delinquo] p. c. in ras. P1 sed] ta. scr. sed del. P1 12 unum] q. scr. sed del. P1 13 quod] dominus scr. sed del. P1 15 sedatione] fa. scr. sed del. P1 presentis] fecit scr. sed del. P1 24 subsecutis] p. c. sup. lin. P1 ; tangentibus a. c. P1 electioni] et de electo per eosdem scr. sed del. P1 quoad — facti] in marg. P1 27 quos] quod a. c. P1 32 dei] fuisse scr. sed del. P1 33 seu] veritas scr. sed del. P1

supponenda est in electoribus et testibus tante rei, ut notum est, et per consequens, quanta necessitate credendi sunt veraces, tanta necessitate credendi sunt in testificatis per eos, et per consequens, de necessitate salutis etc.

5 Ad idem, ‘cuilibet experto in sua scientia credendum est’ in hiis que sunt pertinentia sue scientie, in quibus non decipi potest, aut saltem defecto non decipitur, nec decipere vult, et per consequens, cuilibet experto in suo facto in quo non decipitur, nec decipere vult. Cum igitur
10 cardinales et electores Romani et supremi pontificis sint experti in facto suo, eis credendum esse videtur, sicut cuilibet in sua scientia, cum utrobique sit similis ratio credentis. Si certitudo iuris et facti persone credende vel cui credendum est in sua scientia et facto suo.

ARISTOTELES I *Ethicorum*: “optimus vir qui per se omnia intelligit, rursum bonus qui bene dicenti obedit, qui autem nec per se intelligit,
15 nec benedicenti obedit, hic inutilis vir.”

|| Iterum, AUGUSTINUS: “Absit ut nos scire nos negemus (vel dubitemus, vel non credemus) quos aliorum testimonio didiscimus.”
20 Sic enim illi qui numquam fuerunt Rome, nec Roma viderunt, aliorum testimonio credunt Roma esse; qui enim non sic crederet fide dignorum relationibus protervus iudicaretur et vitiosus; fide dignis enim credere virtuosum videtur, nam est medium inter duo extrema, scilicet inter nulli credere et cuilibet credere.

Item, omne illud est fiendum de necessitate salutis, sine quo societas humana ac mutua conversatio hominum non potest rite conservari, iuxta:
25 *omne regnum in seipsum divisum desolabitur*. Sed mutua credulitas est huiusmodi, ut patet per experientiam; qui enim vellet discredere cuilibet vel discrederet cuilibet, cum nullo posset rite ac pacifice conversari.

Item, ad illa que sunt innocentie, quilibet obligatur, sed credere viris bone fame et opinionis quando asserunt et affirmant aliqua spectat ad
30 innocentiam, teste AMBROSIUS, qui, ut habetur 22, questione 4, capitulo “Innocens”, sic ait: “Innocens credit omni verbo. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse, ignorare quod noceat, et sic omnibus fidem adhibet, qui fidem in omnibus esse arbitratur.” Et sic, qui fidem, id est, fidelitatis in omnibus aut

P1 260v

1 electoribus] relectoribus a. c. P1 10 sicut — scientia] sup. lin. P1
11 utrobique] utroquebique a. c. P1 iuris et facti] in marg. P1 14 nec] iter. P1
intelligit] qui autem scr. sed del. P1 16 iterum] de audire et credere concordie essent vidende add. in marg. sup. P1 17 didiscimus] sicut ill. scr. sed del. P1 29 aliqua] que add. sup. lin. sed del. P1 31 non] nemo a. c. P1 34 et] I Corinthiorum 13: caritas omnia credit etc. add. in marg. P1
omnibus] arb. scr. sed del. P1

in aliquibus fidem arbitratur, eisdem credit, et per consequens, qui omnibus vel aliquibus non credit, in illis fidem, id est, fidelitatem, non esse arbitratur, quod est contrarium innocentie.

Item potest fieri ratio quam notavit bone memorie dominus
 5 cardinalem Sancti Eustacii supra allegatus ad archiepiscopum
 THOLETANUM ut arguatur sic: “Apostolis de Christo et eius lege
 promulganda ac fide predicanda erat credendum de necessitate salutis”,
Marci ultimo: ite in universum mundum et predicate Evangelium
omni creature. Qui crediderit etc. qui non crediderit, condempnabitur.
 10 Igitur, cardinalibus credendum est de vere et canonice electo Romano
 ac supremo Pontifice. Consequentiam non probo per hoc quod
 cardinales sint successores Apostolorum inquantum cardinales, quia
 prelati superiores in Ecclesia, scilicet episcopi, ponuntur successores
 apostolorum, specialiter Romanus episcopus ponitur successor, ut
 15 infra tangetur, et minores prelati, scilicet curati, ponuntur successores
 discipulorum. Non igitur probo consequentiam per hac ‘cardinales sunt
 successores Apostolorum’, sed ex alia similitudine, quia, sicut Apostoli
 erant testes de Christo, specialiter de Christo, quod erat verus Filius
 Dei natus de Virgine, passus morus, et quod resurrexerat, et in celum
 20 ascenderat, etc. Prout multipliciter notat *Scriptura*, *Luce 24: vos*
autem testes estis horum; et *Actuum 1: accipietis virtutem Spiritus*
Sancti in vos et eritis michi testes in Ierusalem et in omni Iudea et
Samaria et usque ad ultimum terre; et secundo capitulo dicitur sic: *hunc*
Ihesum resuscitavit Deus, cui omnes nos testes sumus; et alibi dicitur
 25 de Christo quod *Deus dedit eum manifestum fieri non omnibus, sed*
testibus preordinatis a Deo. Credendum igitur Apostolis de Christo de
 necessitate salutis, quia ad testificandum de Christo et ferendum a Deo
 preordinati, ut tactum est.

Pari ratione, cum cardinales ab Ecclesia tota Spiritu Sancto recta
 30 sinit ordinati non solum electores Romani ac supremi Pontificis, ymo
 ad testimonium ferendum de vere electo Romano ac summo Pontifice
 soli et insolidum sine extrinsecis testibus ac tabellionibus; non sic est in
 electionibus aliorum Pontificum, quia electores non sunt soli et insolidum

1 in] *sup. lin. P1* qui] non *scr. sed del. P1* 2 non credit] *in marg. P1* 4 dominus] sancti e. *scr. sed del. P1* 6 christo] eu. *scr. sed del. P1*
 10 cardinalibus] et r. *scr. sed del. P1* 12 quia] communiter *scr. sed del. P1*
 14 apostolorum] *sup. lin. P1* 15 prelati] ponuntur *scr. sed del. P1* 17 alia
 similitudine] alia similitudo *add. in marg. P1* 18 christo¹] et de Christum de
 eius legem tangentibus *scr. sed del. P1* de^{ad christo¹]} *sup. lin. P1* 20 etc.]
sup. lin. P1 24 resuscitavit] resuscitavit *P1* 28 preordinati] pari ratione
scr. sed del. P1 29 pari] sunt enim electores testes tabellionibus *add. in marg. P1*
 32 extrinsecis] extrinsecis *P1*

testes, sed adesse debent testem extrinseci cum tabellionibus, et per consequens, eis credendum est de necessitate salutis in hoc.

Confirmari potest, quia de hoc testificantur certi sunt tamquam de facto proprio et per experientiam Apostoli autem quamvis per Spiritum
 5 essent illuminati tam de sibi in evidentibus testificabantur, net Spiritus Sanctus credendus est abesse cardinalibus, cum in libertate positus habita deliberatione sufficienti testificantur de vere et canonice ab eis electio Pontifice, cum dicente Apostolo: *nemo potest dicere Dominus Ihesus nisi in Spiritu Sancto*; dicat *Glosa*: “omne verum a quocumque
 10 dicatur a Spiritu Sancto est”, specialiter verum tangens Ecclesiam, que nullatenus dubitanda est regi in essentialibus legis et fidei a Spiritu Sancto.

|| Septimum folium.

P1 261r

Unde etsi non sit tanta sanctitas in personis dum tamen sit in eis
 15 veracitas habens annexam presentiam Spiritus Sancti, quamvis non simpliciter per gratiam gratum facientem, sicut nec Balaam prophetans *orietur stella ex Iacob*, et cetera. Habuit presentiam Spiritus Sancti iustificantem, sed ad veracitatis et verum dicendum iuvantem et inclinantem modo quo dictum est supra in *Gloza* predicta: “omne
 20 verum a quocumque dicatur a Spiritu Sancto est.”

Supposita igitur presentia Spiritus Sancti cardinalibus in libertate constitutis ad testificandum de canonice electo Romano ac supremo Pontifice, videtur eis eque quodammodo credendum ut apostolis de Christo.

Nam cardinalium ad Romanum Pontificem est conversa et diversa
 25 habitudo habitudinem Apostolorum ad Christum. Christus enim elegit Apostolos dicente ipso: *ego duodecim elegi vos*, et alibi: *elegit duodecim quos apostolos nominavit*. Propter quod humanitus loquendo indifferens nullius legis existens posset dicere ipsos potuisse moneri ex favore
 30 ad suum electorem propter beneficium receptum commendandum, laudandum et predicandum ipsum, et etiam quod laus et recommendatio ipsius in eorum laudem cedebat. Propter quod, apud indifferentem, potuissent repelli a testimonio, sicut familiares dominorum et servitores ad ferendum, de factis tangentibus dominos suspecti habentur et repelli
 35 possunt a testimonio maxime si testificatio cedere possit in eorum bonum.

1 extrinseci] et ta. *scr. sed del. P1* 2 hoc] eisdem *scr. sed del. P1* 5 sibi]
sup. lin. P1 13 septimum folium] *in marg. sup. P1* 22 ad] aliquid *P1*
 23 eque] vel magis *scr. sed del. P1* 30 receptum] et q. *scr. sed del. P1*

De cardinalibus vero qui quamvis electi fuerint ante et assumpti per aliquem Romanum ac supremum Pontificem, non tamen ab illo quem eligunt quapropter ex hoc precise in nullo sibi tenentur, sed econtra, ipse eis teneri videretur ex collato beneficio electionis quapropter
 5 videretur eorum testimonium, ut sic minus posse esse suspectum apud indifferentem, quia nulli dubium apud catholicos testimonium Apostolorum summe tenendum est et venerandum propter Spiritum Sanctum, a quo *inspirati* manifeste locuti sunt. Unde *Iohanni*, si *testimonium hominum accipimus testimonium Dei maius*. Sufficit tamen
 10 quod testimonium liberum cardinalium sit acceptandum quodammodo simili.

Nec fuit prescis temporibus simili in quam modo dico, quia sicut Apostoli fuerunt ordinati ad ferendum testimonium de Christo, et ad hoc a Christo in Apostolos electi, ita cardinales sunt per Ecclesiam
 15 ordinati ad non solum ferendum testimonium de Christi supremo vicario, quinymo ad ipsum preeligendum et post de ipso testificandum, et per consequens, sicut Apostolis de Christo credendum fuit et est de necessitate salutis, sic cardinalibus de supremo Christi vicario seu summo Pontificis, et sic quodammodo vera sunt dicta bone memorie domini
 20 quondam cardinalem Sancti Eustacii per archiepiscopum quendam TOLETANUM superius recitata, scilicet quod cardinalibus “clerus et populus Christianus in hoc passu tenetur credere de necessitate salutis tamquam apostolis,” id est, sicut apostolis tenebatur et tenetur credere tota fidelium multitudo de Christo, etc.

Confirmatur, quia sic fuit eis creditum prescis temporibus usque nunc, quod de testificato libere per eos quod non fuit ab alico catholico dubitatum aut eis discreditu quivis modo, et sic sunt in possessione ut non solum sint electiores, sed testes tabellionatu nullo egentes, ut eis credatur de canonice electo, etc.

30 Quinymo sic fuit eis creditum quod nulli licuit de eorum testimonio libero dubitare, nec electo per eos libere et pariter testificato aliquatenus in obedire, et per consequens, huiusmodi credentia fuit de necessitate salutis.

1 ante] *sup. lin. P1* 3 quem] unde ex *scr. sed del. P1* 5 posse]
 in* spe* futuri comodus *add. in marg. P1* 6 nulli dubium] *sup. lin. P1*
 7 venerandum] vel *scr. sed del. P1* 8 sunt] *sup. lin. P1* iohanni] *sup. lin. P1*
 10 liberum] *sup. lin. P1* 15 ad] nesciendo quando *add. in marg. P1*
 non solum] *in marg. P1* 16 testificandum] confer. *scr. sed del. P1*
 19 dicta] domini *scr. sed del. P1* 26 libere] *sup. lin. P1* eos] ac *scr. sed eras. P1*
 ab — catholico] *p. c. in ras. P1* 27 dubitatum] *sup. lin. P1*
 sunt] *sup. lin. P1* 31 libero] *sup. lin. P1*

Sed hic posset dici quod hoc fuit quia circa huiusmodi electiones factas prescis temporibus nulla dubietas circa electiones huiusmodi apparuit fidelibus. In casu vero presenti patres est dubietatis causa, quapropter dicunt nonnulli quod in presenti casu quo dubietas insurgit
 5 de iusticia electionis duo sunt consideranda, factum et ius. Factum, videlicet quod talis vel talis sit electus et nominatus in Romanum et summum Pontifice et tali de causa, scilicet ex metu alias non eligendus, et hoc est facti. Iuris autem est quod talis electio sit canonica et rita, vel iniusta et irrita.

10 Quoad primum, scilicet quoad factum quod est fundamentum inquisitionis veritatis, quia ex facto ius oritur, credendum est de necessitate salutis cardinalibus, quia, ut tactum est, et tanguntur, presumendi sunt a quolibet catholico iusti et veraces, et in hoc casu sunt testes ordinati et instituti a tota communitate fidelium, et pro talibus,
 15 scilicet testibus iustis et veracibus, sunt a cunctis fidelibus reputandi de necessitate salutis, ut supra tactum est et adhuc infra tangetur.

Quoad id vero quod est iuris, est videlicet an electio huiusmodi sic facta sit ipso facto nulla vel sit iuridice annullanda iuridice, dicerent aliqui quod cardinalibus non esset credendum, et hoc aliqui possent
 20 tolerare eo quod non habent auctoritatem hoc determinandi, aliqui possent tolerare ex eo quamvis cardinales sint multum in iure periti et iura noverint, tamen in reliqua multitudine fidelium sunt plures iuris et melius iudicant multi quam pauci, sicut multi oculi melius vident quam pauci.

25 Quamdiu duravit metus facti est, impedire iuris est. Utrum iste metus debuit cadere in constantes viros, et an debuit electionem et omnis actus sequentes a suo *. Utrum sine declaratione iuridica ab aliis quam ipsis procedere potuerunt etiam iuris, etc.

|| Sed ad hoc potest dici quod ex facto concesso, scilicet quod prima P1 261v

1 sed] istud ponendum in fine questionis tangentibus dicta adversariorum *add. in marg.* P1 2 electiones] electionem *a. c.* P1 3 presenti] *sup. lin.* P1
 est] casu *scr. sed del.* P1 causa] *sup. lin.* P1 5 factum²] est tale *scr. sed del.* P1
 6 nominatus] in *scr. sed del.* P1 7 causa] casu *a. c.* P1 eligendus]
 ius autem est *scr. sed del.* P1 13 sunt²] in *scr. sed del.* P1 18 iuridice¹]
sup. lin. P1 21 et] *ior. scr. sed del.* P1 25–28 quamdiu — etc.] *in marg.*
inf. P1 25 impedire — est] *sub l.* P1 iste] *iter.* P1 29 sed] tōnum
 fundamentum partis istius tibi est, quia scriptor, sed partis adverse fundant se in
 negatione testimonii cardinalium in hiis que facti sunt, scilicet in negatione metus,
 de quibus tamen tibi constat quamdiu metus duravit, etc. Metus dubium posset
 quod non debebat cadere in assertantes* viros, quia non debuit in*e*re elector in
 quod nullus fuerit non *add. in marg. sup. et in marg.* P1 ; alias non facturi *add. in*
marg. sup. P1 se^{ad sed}] in *h. scr. sed del.* P1

vice cardinalem elegerint A vel B ex metu totum ius istius materie oritur, nam ~~Decretales~~ seu decreta “In nomine Domini” et “Si quis pecunia” expresse dicunt talem electionem ipso facto nullam, sicut grammaticaliter, non scientificè michi iuris inperito satis apparet, nec
 5 est opus verba *Decretalium* inducere pro presenti, nec quoad hoc volo nunc mittere falcem meam mittere in messem alienam, nec de alia me intromittere facultate, nec loqui sicut cecus de coloribus.

Sed est aliud quod michi, ut dixi, iuris inperito, videtur facere ad propositum, videlicet ex facto predicto concesso, scilicet quod cardinales
 10 elegerunt A vel B ex metu, alias non facturi totum ius huius materie oriatur et quod, ut diceret reverendissimus dominus PICTAVENSIS in suo *Sermone* preallegato, sufficit “ad inferendum sic electum non habere ius in papatu”. Huius inquam sententie aliquorum est, quia adversarii scribentes pro prima electione anescant se in negatione facti, ut ex dictis
 15 aliquorum patere potest et ad presens inducetur duo scribentes, unus est videlicet COLUCIUS, cancellarius Florentinus, etc.

Ista huius dicta adversariorum inducentur post pro fine istius questionis qui, ut videtur, in hoc exponunt se periculo dampnationis eterne, in quo periculo non videntur esse vel cui periculo non se exponunt
 20 credentes cardinalibus, nam eligunt viam securiorem, nam datis duabus viis quarum altera est de necessitate salutis, notorie tutior est preeligenda qui eminet eligit, minus curam exponit se periculo et habet timere illud Sapientis dictum: *qui amat periculum peribit in illo*. Et dictum est quarum altera est de necessitate salutis propter casum de matrimonio
 25 et virginitate, quarum neutra est de necessitate salutis.

Item propter eandem causam dicitur quarum altera est notorie tutior, quia dato aliquo certo viatore oblatis sibi hiis duabus viis ad eligendum alteram, scilicet matrimonio et virginitate, non est sibi notorie manifestum quod istorum est sibi tutius quamvis sit eidem notum que
 30 via esset sibi maioris perfectionis, si illam observaret, scilicet virginitas

3 dicunt] expre. scr. sed del. P1 7 nec — coloribus] in marg. P1
 13 papatu] de con in principio ꝑo folio et infra add. in marg. P1 16 est] sup. lin. P1
 17 ista] negantes metum fuisse in cardinalis post primum impetum Rome et pe tempus in Anania si nolint credere cardinalibus, credant familiaribus quod, si dicant eos repellendo a testimonio propter familiaritatis, dant ius compatriotis, preteriorum hospitibus, credant verisimilibus coniecteris sm* causa id tanti habetur a copia firmationis* sufficienti* contra violentiam ꝑu*sta* *ti declaraverunt dicunt* et nulla sice* vere* si ut electi primo facto materia post procedere potuerunt* sacre* iure* divino consencialiter add. in marg. P1 anania^{ad istal}] in scr. sed del. P1
 si ut^{ad istal}] sup. lin. P1 20 eligunt] vitam s. scr. sed del. P1 21 notorie] sup. lin. P1

multis, namque, ut dicit Apostolus, *melius est nubere quam uri*. Sicut etiam in alio casu quamvis vita contemplativa sic melior et nobilior, iuxta illud: *Maria optimam partem elegit* etc., quam activa, cui marcha vacabat, multis tamen non est tutior iuxta illud *Matthei 18: si oculus tuus scandalizat te, erue eum*. Et iterum Sapiens: *bestia que tetigerit, ipsa lapidabitur*. Et iterum: *perscrutator maiestatis opprimetur a gloria*. Ad propositum, crede in hoc casu cardinalibus est notorie tutius, quia est exonerare conscientiam suam et eorum conscientias onerare. Exonerare quidem propriam conscientiam propter ignorantiam invincibilem, quia in isto casu nulla certitudo potest haberi, nisi per eos, et per consequens, per credere ipsis quisque catholicus sufficienter videtur posse acquittari etiam si electio esset viciosa sicut, cum mulier fuit electa in Romanum et summum Pontificem.

Item, discredere cardinalibus periculosum nec videtur posse contingere sine peccato mortali, quod vitandum est de necessitate salutis, cum de quolibet presumendum sit verum, nisi contrarium appareat manifeste, et hoc de necessitate salutis discredere, autem eis est presumere ipsos esse criminosos, fallaces et esse Ecclesie catholice subversores.

Item, discredere eis et opinionum d!poais ipsorum tenere pertinaciter refutando meliorem informationem, et si non sic heresis, est tamen error dampnabilis. Quali modo, scilicet pertinaciter, nunc maior pars Christianitatis discredit cardinalium testimonio variis affectionibus et diversis viciosis, ut videtur. Quidam enim moventur divisione patriali, tota enim una patria unanimiter vult sustinere unam partem, quod videtur esse signum pertinacie voluntatis, non affectio veritatis quasi dicant: ‘sic volo, sic iubeo, sic pro ratione voluntas’. Quod enim una patria vel natio tota in rei dubia nota teneat unam opinionem, alia patria tota vel natio oppositam, non videtur affectio veritatis, sed voluntatis viciose et culpabilis. Si enim ex ratone vel rationibus probabilibus moverentur sic opinantes cum ingenia consilia et iudicia conforma* et med** probabilia ad utramque partem in diversis patriis et nationibus occurrere possint inquirentibus veritatem de aliqui dubio, cur aliqui de una tota natione vel patria ad unam partem se determinent, non

3 maria] *sup. lin. P1* 4 oculus] *taus scr. sed del. P1* 7 quia] *ac scr. sed del. P1* 8 exonerare] *p. c. sup. lin. P1* ; acquittare *a. c. P1* 9 conscientiam] *et ipsorum cardinalium consi. scr. sed del. P1* 11 videtur] *quisque catholicus scr. sed del. P1* 21–22 est — dampnabilis] *iter. P1* 26 veritatis] *v. scr. sed del. P1* 28 dubia] *non per se scr. sed del. P1* 29 tota] *sup. lin. P1*

potest assignari ratio probabilis fore causa huius determinationis, sed tantummodo sola voluntas, sicut exemplum poni posset de conceptione beate Marie Virginis, matris Domini nostri Ihesu, de qua tenet tota una religio ipsam fuisse conceptam in peccato originali, una alia religio, oppositum; una que natio tenet idem. Reliqui dividuntur circa hoc, prout volunt et tamen utrique easdem rationes probarique parte possunt considerare et quod rationes consimiles moveant homines o* unius nationis et non alterius, ymo nullum alterius nationis vel patrie cum verisimilis sit similitudo in geni* et iudiciorum in hominibus variarum nationum et patriorum, non videtur causa unitatis opinionis nisi affecto quedam non apparentia rationum nec affectio veritatis.

|| Octavum folium.

P1 262r

In presenti quoque proposito videamus unde moventur testimonio cardinalium discredentem. Romani siquidem habere voluerunt Romanum vel Ytalicum ut in Roma Romanus ac supremus Pontifex faceret residentiam personalem tu inde perciperent comoda seu lucra que Romane curie residentia et frequentatio solet afferre. Alemanni pro imperio optinendo, Unguari pro propinquitate patriali et pari ratione Ytali ut Romani. Anglici ex odio Gallicorum nonnulli vero tenerent indifferentiam ut beneficia suarum conferant patriarum. Aliqui vero tenent partem oppositam quam primitus acceptaverunt putantes sibi turpe, si decederent ab inceptis quamvis se optulerunt a principio stare meliori informationum ac consilio generali meliorem informationem penitus refutantes et persistentes in suo proposito ac si consilium generale pro eorum parte sententiam protulisset quod tamen pro iudice elegerunt de reservatione meliorum informationis et de resumptione audientie cardinalium. In hoc causa que audienti dicta est esse de necessitate salutis cunctis fidelibus potest dari exemplum, ut positum est supra, in primo puncto huius materie, quoniam cum reverendissimus pater supra allegatus dominus cardinalis PICTAVENSIS venisset de Cameraco ad quandam villam satis propinqua intraturus et informaturus de hac materia clerum et populum dicte ville, porte ville sibi clause fuerunt, nec potuit quod volebat implere, nec plus de hoc pro presenti

1 ratio] † de *ormanno, iacobita, *fac.* *add. in marg. P1* 4 alia] *sup. lin. P1* 5 que] *sup. lin. P1* tenet] primam partem *scr. sed del. P1* reliqui] *relique a. c. P1* 8 nationis¹] nationes *a. c. P1* 11 veritatis] opinio* *dig* *add. in marg. P1* 12 octavum folium] *in marg. sup. P1* 13 in] tangatur duo ville illius in credentia et obedientia collegiorum etc. *add. in marg. sup. P1* 25 quod] *p. c. sup. lin. P1*; que *a. c. P1* 27 audienti] *sup. lin. P1* 30 cardinalis] *sup. lin. P1* 31 satis propinqua] *p. c. sup. lin. P1*; in Picardia *a. c. P1* et] *sup. lin. P1*

nec per quos nec modum declarare volo quod factum et similia pote quia ubique Cameriacum sibi fuit audientia denegata, signum est pertinacie manifestum.

Que pertinacia in proposito, etsi non causet heresim seu non efficiat
 5 sic credentes hereticos, tamen inducit errorem dampnabilem, quod probari potest tali ratione, quia vel credendum est simpliciter et absolute electoribus, scilicet cardinalibus, de rite et canonice electo Romano ac supremo Pontifice, vel standum est alterius iudicio, puta Ecclesie universalis vel consilii generalis. Si primum detur, tunc non credentes
 10 eorum testimonio errant dampnabiliter et credentes electoribus credunt ut debeat. Si vero detur secundum, quod requiratur declaratio vel determinatio puta consilii generalis, quod credentes cardinalibus non dicunt esse necessarium, tunc pars sic tenens oppositum depositionis vel testimonii cardinalium ante determinationem consilii generalis tenere
 15 assentit et contra positionem propriam seu protestationem, et per consequens, contra conscientiam, et sic edificat ad Gehennam. Attento maxime, ut pretactum, quod isti discredentie est annexa pertinacia, que patet ex defectum voluntatis audientie consilii saniorum, ut pretactum est. Unde sic discredentes cardinalibus tanta firmitate assentiunt
 20 opposito testimonii cardinalium acsi esset per consilium generale huius eorum propositum et creditum declaratum quod manifeste repugnantur faciunt qui pro iudice elegrunt in suis adhesionibus consilium generale aut stare informationi meliori.

Et quod credentes cardinalibus securius agant, patet primo quia
 25 ponunt se extra periculum suspicionibus vel male opinionis seu presumptionis de cardinalibus quod periculum incurrunt discredentes eisdem. Secundo, quia supposito quod cardinales essent adero mali et scelerati ut contra conscientias eorum nollent dicere quod A vel B ex metu mortis eis comminate elegrunt A vel B, alias non facturi
 30 mendaciter, quod non est credendum ab aliquo sane mentis, ut puto pro me nec posset cadere in mentem meam talis presumptio, Deo teste, supposito inquam quod sic esset adhuc credentes eis tamquam testibus a quibus solis veritas huius negotii sciri potest, essent immunem ab errore dampnabili seu a periculo dampnationis eterne, sicut iudex ignarus
 35 alicuius facti iudicans secundum allegata et testificata, non obmisso alico de contingentibus et debitis fieri per eum a periculo inique et iniuste sententie liberatur.

1 volo] *sup. lin. P1* 2 cameriacum] *p. c. sup. lin. P1* ; ultra ius *a. c. P1*
 sibi] *au. scr. sed del. P1* 16 contra] *sup. lin. P1* 17–18 que patet] *sup. lin. P1* 24 patet] *sup. lin. P1* 29 comminate] *cominate P1* 31 nec]
 bene *scr. sed del. P1* 35 alicuius] *alicuius P1*

Sicut etiam posset poni exemplum de aliquo recepturo corpus Christi, qui super hoc credit proprio sacerdote. Talis enim securius agit quam eidem discredens et si erret, non tamen dampnabiliter, quia aliter scire non potest an fuerunt facta et dicta illa que ad consecrationem corporis Christi pertinent, nisi per ipsummet sacerdote. Ille vero qui dubitat et discredet, exponit se periculo mortalis peccati et erroris, si corpus divinitum non debite suscipiat, ac etiam veneretur. Et ista similitudo credentiorum de existentia corporis Christi in sacramentum et altaris et de vero Romano Pontifice ac supremo canonice electo et acta est supra.

10 Verum in hoc casu credentia magis apparens est, quia, ut dicunt, ‘vox unius vox nullius’ in *Evangelio* vero inquit Veritas quod *in ore duorum vel trium stat omne verbum*.

|| Credendum est electoribus in foro conscientie de necessitate salutis in hoc quod dicunt et testificantur se elegisse ex metu BARTOLOMEI, alias non facturi, et de hoc etiam quod quamdiu fuerunt Rome numquam fuerunt in sua libertate, sed specialiter metus duravit et omnes isti actus, coronatio etc. supervenerunt metu durante, et per consequens, remanente impedimento et vicio non purgato, prout assumit bone memorie pater reverendissimus, quondam cardinalis circa Sancti Eustacii in quodam fundamento suo, scribens Archiepiscopo TOLETANO, de qua scriptura alibi tangitur.

P1 262v

Ymo postquam fuerunt in Anania, usque gentes armorum circamonane de partibus Ancone fuerunt Ananiam, sed post adventum illorum mentem vestram libere declaraverunt illi qui elegrunt per litteras patentes lectas in Ecclesia Ananiensi et ad diversas partes Christianitatis litterarum huius copias multiplices transmisserrunt prout scire potuerunt omnes qui pro tunc cum eis erant.

Verum est igitur testimonium predictorum dominorum cardinalium quo dicunt se Rome specialiter fuisse a primo Romanorum tumultu inclusive, et credendum est hoc de necessitate salutis.

Quamvis dicat dominus TOLETHANUS predictus hoc negare primum electum, quinymo dicit quod vult probare quod post primam electionem de mane de ipso facta eadem die sumpto prandio, domini cardinales

6 et discredet] *sup. lin. P1* peccati] erroris *scr. sed del. P1* 8 christi] et *scr. sed del. P1* 10 est] *sup. lin. P1* 20–21 de — tangitur] *p. c. in ras. P1* 21 tangitur] *ill. scr. sed eras. P1* 22 fuerunt] *p. c. in ras. P1* 24 declaraverunt] *p. c. in ras. P1* ; seu *scr. sed del. P1* ; iter. *P1* 26 transmisserrunt] *p. c. in ras. P1* 27 cum eis] *p. c. in ras. P1* erant] *ill. scr. sed eras. P1* ; existebam *scr. sed del. P1* 31 quamvis] in metu ad oppositum *add. in marg. P1*

omnes se retraxerunt ad capellam, et ibi conveniunt ad maiorem
 expressionem et cautelam et in ipsum BARRENSEM archiepiscopum
 iterato pure et libere concorditer ac unanimiter consenserunt in eum
 ut in Papam, et iterum elegerunt. Item, dicit quod 11 ex illis dixerunt
 5 quod ipsum prius elegerant sincere et liberis mentibus, cum pura et
 libera voluntate, cum iuris iurandi, religione affirmantes et asserentes
 electionem suam puram et sinceram et canonicam fuisse et esse rogantis
 ipsum cum precibus et magna instantia, ut dicte electioni daret
 10 consensum, quod et fecit. Et quod eodem die tres ex cardinalibus
 predictis cesserunt ad partem in dicto palatio cum prefato ut predicatur
 electo in loco studii sui et dixerunt sibi quod ipsi tres fuerant motivum
 sue electionis et supplicaverunt sibi ut ipse dignaretur eos habere
 recommendatos et executionem domini GREGORII nuper Pape XI
 et fratres ac alios de genere ipsius et circumsubsidium prestare pro
 15 ROGERO de bello forti, et quod in prima factione cardinalium dignaretur
 facere quemdam eorum consanguineum cardinalem etc. Item, dicit quod
 cardinales aliqui existentes in sua libertate in castro Sancti Angeli et illi
 qui erant extra urbem in castris ad 24 miliaria etiam non vocati redierint
 et ipsum libere inthronizaverunt. Item, dicit quod de Anania tamquam
 20 vero Pape scripserunt supplicando pro beneficiis pro se et aliis. Hec et
 alia multa alia similia offert se probaturum dictus premium* locutus
 per fide dignos testes et publica instrumenta. In quibus, ut dicit iste
 dominus, archiepiscopus TOLETANUS non debet sibi audientia denegari.

Sed, si illud *Decretum* “In nomine Domini” habet locum in
 25 isto casu, sicut locum habet, ut dicunt multi iurisperiti, notum est
 per metum intruso audientiam deneganda prout michi iuris imperito
 grammaticaliter intelligendo, satis clarum videtur. Unde dicitur in illo
Decreto: “Si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia
 promulgatum per seditionem” etc. “electus aut etiam ordinatus, seu
 30 inthronizatus fuerit, auctoritate divina et sanctorum apostolorum
 Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus
 et sequacibus a liminibus sancte ecclesie separatus abiciatur sicut
 antichristus, invasor et destructor totius Christianitatis;” et sequitur
 ad propositum “nec aliqua super hoc aliquando audientia ei reservetur.”
 35 Et per consequens, primo electo seu potius per metum inthronizato est
 audientia deneganda.

Quod autem magis credendum sit cardinalibus quam primo electo
 probari potest primo sic: in humanis actibus omne illud quod

2 et²] *sup. lin. P1* 22-37-23/11 quod autem magis — suorum] *del. cum*
vacat P1 38 sic] omne id *scr. sed del. P1*

habet maiorem probabilitatem magis est credendum, sed maiorem
 probabilitatem habet quod dictum plurium, sic verum quam quod
 dictum unius sit, verum cum vox unius vox nullius sit reputanda. Si
 autem contingat aliquando magis credi uni quam pluribus, hoc est
 5 vel quia habet meliorem rationem per se, vel quia meliorum est vite,
 vel conscientie, vel scientie maiorum, vel quia magis in fructus de
 causa, vel propter aliam similem rationem. Igitur, si Papa vocatus vel
 reputatus in nullo precedat multos referentes oppositum dicti sui, nisi
 sola dignitate vel reputatione dignitatis (de qua dubitatur) non est
 10 sibi magis credendum quod multis referentibus oppositum dicti sui vel
 dictorum suorum.

|| Nonum folium.

P1 263r

Item, arguunt aliqui sic: non minus est credendum est aliquibus
 extra iudicium quam in iudicio, sed multis in iudicio asserentibus
 15 aliquem esse intrusum in Papam vel reputatum aut nominatum false in
 Papam foret credendum in iudicio. Aliter enim talis numquam posset
 convinci de intrusione aut alia pravitate, nec obstat quod testes in
 iudicio sunt iurati, quia ita bene aliqui extra iudicium possunt prestare
 iuramentum de dicenda veritate sicut in iudicio, et de hoc possunt requiri
 20 et ista prestaverunt aliqui dominorum cardinalium parisi coram rege
 et regalibus et super conscientias suas dixerunt se vera testatos. Nec
 obstat etiam quod contra presulem non sufficiuntur testes in quovis
 numero plures, puta duo vel tres, quinymo presul dampnari non debet
 nisi cum 72 testibus. Sic enim statuit in generali synodo SILVESTER
 25 Papa, sicut scribitur 2, questione 4, capitulo “Presul”. Item, LEO IV
 ibidem, capitulo sequenti dicit: “Nullam dampnationem episcoporum
 umquam esse censemus, nisi per legitimum episcoporum numerum
 (qui fit per duodecim episcopos), aut certe probata sententia per
 LXXII idoneos testes.” Hec inquam non obstant, nam *Gloza* super
 30 predictum capitulum “Presul” dicit: “Presul, id est cardinalis episcopus.
 Sed numquid contra papam duplicantur testes. Non ymo duo sufficiunt,
 et in hoc ipse est deterioris conditionis, quia ipse sine comparatione
 aliorum potior creatus est.” Et si hoc sit verum de vero Papa, a multo
 fortiori de dubitato intruso et habetur intentum.

35 Ad idem potest argui videlicet quod tota fidelium multitudo et

9 de — dubitatur] *in marg. P1* 12 nonum folium] *in marg. sup. P1*
 23/13-25/14 item arguunt — etc.] *del. cum vacat P1* 13 arguunt — sic] *sup.*
lin. P1 17 de] *in thronizatione scr. sed del. P1* 34 dubitato] *sup. lin. P1*

qualibet eius pars ac singularis persona tenentur credere in hoc casu electionibus de vero rite ac canonice electo Romano ac supremo pontifice, et hoc de necessitate salutis. Nam tota multitudo fidelium et quelibet eius pars ac singularis persona quodlibet peccatum
 5 mortale peccatum tenetur vitare de necessitate salutis, sed discredere cardinalibus in eorum libere facta et de libertate mature facta declaratione et notificatione cunctis fidelibus non potest contingere, ut videtur, non potest contingere sine peccato mortali, igitur etc.

Assumptum probatur, nam hoc non videtur posse contingere, scilicet discredere cardinalibus, fine prava suspicione, opinione,
 10 presumptione de proximis, cum tamen de nullo sit presumendum malum, quinimo de quolibet bonum sit presumendum, nisi contrarium appareat manifeste, prout dicit Regula iuris quod autem talis discredentia non possit esse sine mala presumptione. Patet, quia non
 15 potest contingere sine opinione de cardinalibus quod non sint veraces, sed fallaces et mendaces. Detur enim quod credantur veraces ab alico ille si eis discredat repugnanter se habet et agit contra propriam conscientiam, et per consequens, edificat ad Gehennam, quod vitare tenetur quisque de necessitate salutis.

Quod autem opinari crimen de aliquo, nisi constiterit esse probatum ordine iudiciario, sit peccatum potest probari per iura. Nam legitur 30, questione 5, capitulo “Incerta” Papa VICTOR sic dicit: “Incerta, carrissimi, nullatenus iudicemus, quousque adveniat Dominus, quousque adveniat qui abscondita producet in lucem (vel latentia), et
 25 illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Quamvis enim vera sint, non tamen credenda nisi que manifestis iudiciis comprobantur, nisi que manifesto iudicio convincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur.” *Ecclesiastici* 19: *qui cito credit levis est corde*. Et per consequens, peccant maxime in malis et criminibus de proximo vel proximis suspicatis specialiter de ministris Dei et viris ecclesiasticis. Unde dicebat Apostolus de se et sibi similibus: *sic nos existimet ut ministros Christi et fideles dispensatores ministeriorum Dei*. Augustinus Apostolus dicit: *nolite iudicare ante tempus quousque adveniat Dominus* etc. ut in *Decreto*.

Unde etiam in bonis de alio credendis quandoque tarditas laudatur, sicut habetur in *Scriptura* de regina Saba, que audita bona fama Salamonis non statim credit, sed postquam vidit, credidit: *sed et*

5 vitare | sup. lin. P1 33 augustinus | p. c. sup. lin. P1 ; et alibi a. c. P1
 37 credit | dicens scr. sed del. P1 sed | 3 Regum 10 add. in marg. P1

regina Sabba, audita fama Salamonis in nomine Domini, venit temptare eum in enigmatibus etc. Et infra: et locuta est universa que habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba que proposuerat: non fuit sermo qui regem posset latere, et non responderet ei. Videns autem
 5 regina Saba omnem sapientiam Salamonis, et domum quam edificaverat, et cibos mense eius, et habitacula servorum, et ordines ministrantium, vestesque eorum, et pincernas, et holocausta que offerebat in domo Domini: non habebat ultra spiritum. Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, et super sapientia tua:
 10 non credebam narrantibus michi, donec ipsa veni, et vidi oculis meis, et probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit: maior est sapientia et opera tua, quam rumor quem audiui. Beati viri tui, et beati servi tui, qui stant coram te, et audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiisti, et posuit te super thronum Israel, etc.

15 || De ista diligentia sciendi et scrutandi veritatem de fama bona Salamonis nec mimis cito credendi laudatur regina Sabba a Salvatore nostro, Luce 11: *Regina austri surget in iudicio cum viris generationis huius, et condempnabit illos, quia venit a finibus terre audire sapientiam Salamonis*, etc. Ex quo facto huius regine patet
 20 quod etiam bona de persona aliqua credenda nec opinanda nisi diligenti scrutatis et informatione prima, et a multo fortiori mala de aliquo vel aliquibus non sunt suspicanda nisi de hoc legitime constet, cum ex suspicionibus et opinionibus laudes et detractones insurgant periculum que maius sit in false detrahendo quam false laudando. Unde Seneca:
 25 “parce lauda, parcius vitupera.”

P1 263v

Item, in supradictis causa et questione, capitulo “Nullum” NICOLAUS Papa sic dicit: “Nullum verum ante veram iustamque probationem iudicare debemus aut dampnare, teste Apostolorum princeps, qui ait: Tu quis es, qui alienum servum iudicas? Stas aut cadit?
 30 Mala itaque audita nullum movere debeant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat; sed ante audita diligenter inquirat, nec precipitando quisquam aliquid agat.” Et si hoc verum est etiam de bonis opinandis de proximis, multo fortius de malis suspicandis de proximo vel proximis, quia in tali suspicione manus cadit periculum,
 35 etc.

Notantur in superiori allegatione NICOLAY verum incidens quod NICOLAUS Papa vocat Paulum principem apostolorum. Unde verba

25/15–27/12 de ista diligentia — igitur] *del. cum vacat P1*

allegata supra per Papam NICOLAUM: *tu quis es, qui alienum servum iudicas domino suo?* *stas aut cadis?* scripta sunt Romanorum 14. Et verum est quod Paulus per excellentiam vel per antonomasiam vocatur Apostolus et ambo Petrus et Paulus dicuntur Apostolorum principes,
 5 sed de hoc alibi tangendum.

Ad propositum contra male suspicantes de proximis suis causa in iuribus humanis quam iure divino multa possent reperiri, specialiter de superioribus et in dignitatibus constitutis non est male suspicandum. Unde I Corinthiorum 4: *Sic nos extimet homo ut ministros Christi, et fideles dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores Dei ut fidelis quis inveniatur. Michi autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem me iudicat, Dominus est. Et sequitur verba supra allegata 30, questione 5, capitulo "Incerta": Itaque nolite iudicare, quousque veniat Dominus: qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a Deo.*
 10
 15

Contra hoc dictum apostolicum agere videntur suspicantes cardinales esse mendaces et fallaces et propterea ipsis discredentes, et contra dictum Salvatoris, Matthei 7: *Nolite iudicare, et non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini: et in qua mensura messi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eiciam festucam de oculo tuo, et ecce trabs est in oculo tuo?* Ypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Hoc dictum dirigi male suspicantibus ac iudicantibus de proximis suis specialiter odio vel favore: "amor enim et odium pervertunt iudicium". Unde, ut tactum est supra, in multis affectiones pervertunt iudicia, quod maxime locum habere videtur in hac materia seu scismate, ubi affectiones videntur precedere iudicia et opiniones.
 20
 25
 30

Cum enim rationes et motiva utriusque partis similia possit considerare quilibet de quacumque natione vel regno Christianitatis existens, et eque per consequens, quisque affectus pure veritati alia affectione omnium remota patriali vel comodi proprii aut proprie opinionis iam acceptate aut alias quis modo possit iudicare conformiter aliis de aliis regnis et nationibus nulla causa vel ratio iusta videtur
 35

1 quis] est scr. sed del. P1 6 suis] specialiter scr. sed del. P1 15 capitulo] sup. lin. P1 23 dicis] dicit a. c. P1 32 possit] posset a. c. P1 35 remota] in marg. P1

diversitatis, nisi festuce existens in oculis hominum, ex quibus secuntur mala iudicia de aliis proximis. Et ideo Salvator inquit cuilibet iudicature de proximo vel proximis: *eice primum trabem de oculo tuo*, (id est pravam assertionem.) Et *Luce 6* idem habetur: *Nolite iudicare, et non iudicabimini; nolite condemnare, et non condemnabimini*. Et infra, de festuca et trabe in oculo tangitur, ut supra.

Ex quibus dictis et consimilibus multis in *Sacra Scriptura* et dictis sanctorum et scriptis clare patet quod suspicantes cardinales in hoc casu fore mendaces fallaces Ecclesie que subversores et fidelium deceptores manifeste exponunt se peccato mortali, quod tenentur vitare de necessitate salutis. Iste autem suspiciones secuntur ad cardinalium discredentiam, ut notum est, igitur.

|| Decimum folium.

P1 264r

Hic non est pretereundum quomodo partes adverse non anescant in negatione testimonii iuris, sed in negatione facti et testimonii cardinalium, videlicet negando quod cardinales Rome BARTOLOMEO metu mortis eis cum tumultu populi crudeliter comminate elegerint aliter non facturi. Si enim hoc concederent et post dicerent non obstante hoc electionem valuisse simpliciter vel pro tunc ipso facto non esse nullam vel non fuisse nullam, ut valuisse propter actus sub securos, sed iuridice annullandam secus esset per consilium generale aut alias quovis modo secus esset. Non enim manifesto* in hoc incurrent peccatum male suspicionis de proximis aut detractionis seu diffamationis, que nulli catholico contingere possunt sine peccato mortali, nisi sufficienter de crimine vel criminibus suspicatis, inpositis, divulgatis iuridice constiterit, ut superius est ostensum sufficienter. De isto puncto tangitur supra 7 folio huius sisterni, in principio secunde pagine.

Restat igitur nunc ostendere quod partes adverse in negatione testimonii cardinalium facti eorum proprii, non iuris se anescent, et hoc

1 diversitatis] *sup. lin. P1* 2 et] *de scr. sed del. P1* 3-4 id —
 assertionem] *sup. lin. P1* 7 scriptura] *sup. lin. P1* 8 sanctorum] dictis *scr.*
sed del. P1 13 decimum folium] *in marg. sup. P1* 14 hic] tangendum dicta
 Cantoris, vidende responsiones domini Pictavensis. 3 de dictis domini Tholetani
 infra fiat mentio. Item, de Colucius, Anglicis, Boloniensibus, sed primo de Cantore
 etc. *add. in marg. sup. sed del. P1* ; responsiones domini Pictavensis *add. in marg.*
P1 15 testimonii¹] *sup. lin. P1* 17 populi] cardina. *scr. sed del. P1*
 19 valuisse] vel *scr. sed del. P1* esse] *p. c. in ras. P1* 20 ut — securos] *sup.*
lin. P1 22 esset] *in marg. P1* manifesto*] *in marg. P1* 23 diffamationis]
 quod nul. *scr. sed del. P1* 25 inpositis] *diul. scr. sed del. P1* 29 testimonii]
p. c. sup. lin. P1 ; facti *a. c. P1* cardinalium — proprii] *sup. lin. P1*

ex dictis ipsorum seu scriptis. Et primo hic tangantur quedam dicta ritimice gallice, in quibus de cardinalibus et eorum electionibus et electis multa dicuntur, sed hic pauca capiam.

“Les cardinalx furent bien pour Urbayn creables:

5 Quan cudoyt honi quil fussent en verite estables.

Mays pour Clement se sont mostre si variables

Que plusieurs gens reputent leurs paroles por fables.”

Item, alter risumus sequitur:

“Urbayn a este et est home de bone vie,

10 A voleu corriger le orgueil, la symonie

daucuns des cardinals, mays ne volurent mie,

pource ont conspire contra Urbayn vilanie.”

In hiis verbis seu in hac scriptura ritimita iuxta supradicta aparet proximi seu proximorum diffamatio manifesta, unde quicumque assertor
15 dicte scripture potentissime secundi risumi incurrit peccatum male suspicionis de proximis suis, diffamationis et criminum impositionis. Male suspicionis inquam de proximis suis, de quibus de necessitate salutis “presumendum erat et est bonum nisi contrarium apareat manifeste”. Quinymo, iuxta quedam dicta supra, nisi oppositum vel contrarium
20 iuridice sit convictum de proximis inquam superioribus seu supremis in Dei Ecclesia, de qualibus inquit Apostolus, ut supra tactum est: *sic nos extimet homo sicut ministros Christi et fidelem dispensatores ministeriorum Dei*, et cetera. Quibus proximis et superioribus de necessitate salutis a catholicis et fidelibus erat et est reverentia
25 exhibenda iuxta preceptum dominicum mystice moraliter intellectum de veneratione parentum. Unde versus: “unum crede Deum nec iuret vana per ipsum salbata sanctificet et ve iurare parentem” et superiorem. In quibus proximis et superioribus, etiam si defectus appareant quantum est possibile bono modo, salva iustitia et veritate, specialiter fidei,
30 cooperiendi sunt ne incidatur in maledictionem Chanaan, de qua Genesis 9 sic dicitur: # *Cepit autem Noe vir agricola exercere terram, et plantavit vineam. Et bibens vinum inebriatus est, et nudatus in*

1 et] vide prima scriptura Cantoris *add. in marg. sed del. P1* hic] tange *scr. sed del. P1* 2 cardinalibus] in *scr. sed del. P1* 4–7 les — fables] ponantur hec et sequentia in latino videtur melius possint ostendi nullius esse vigoris *add. in marg. P1* 7 fables] flables *p. c. P1*; flabes *a. c. P1* 8 item] Cantor Paris *add. in marg. P1* 9 bone] *ill. scr. sed eras. P1* 12 urbayn — vilanie] ista dicta sufficienter evacuat et esse frivola manifeste reverendissimus pater, dominus Pictavensis, ideo non multum tangentur *add. in marg. P1* 28 superioribus] ut *scr. sed del. P1*

tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham, pater Canaan, verenda patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fratribus suis foras. Ac vero Sem et Iaphet pallium imposuerunt humeris, et incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciesque eorum averse erant, et patris
 5 vilia non viderunt. Et post pauca sequitur pena seu punitio Cham in filio suo Canaan, scilicet maledictio Chanaan propter defectum non cooperationis, sed manifestationis defectus paterni per Cham, et benedicto Sem et Iaphet ex causa cooperationis. Sunt igitur defectus superiorum salva simpliciter iustitia et veritate, specialiter
 10 fidei, cooperiendi quantum est possibile bono modo, saltem non sunt discooperiendi per detractionem, diffamationem, criminum inpositionem scripturarum, epistolarum diffamatoriarum, compositionem qualis est scriptura supra dicta ritimica gallice composita, specialiter quoad secundum rismum nonnullique alie infra tangende.

15 ~~Ante omnia hec premittantur dicta domini PICTAVENSIS, quod de necessitate salutis unitas Ecclesie est tenenda, ut patet in fine pro Sermonis sui, vide.~~

|| Et quod superioribus etiam defectuosis sit reverentia exhibenda, et per consequens, eorum facta dictaque reverenter tractanda satis
 20 notat Salvator noster, *Matthei* 23, loquens populo seu turbis et discipulis de scribis et phariseis dicens: *Super catedram Moysi sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quacumque dixerint vobis, servate, et facite.* Ubi IERONIMUS, ut habetur in breviario meo: “quid mansuetius, quid benignius Domino? temptatur a phariseis, confringuntur insidie
 25 eorum, secundum psalmistam: sagite parvulorum facte sunt plage eorum, et nichilominus propter sacerdotium et nominis dignitatem ortatur Dominus populos ut subiciantur eis, non opera, sed doctrinam considerantes.”

Ex hiis et aliis supratactis patet quod superioribus etiam malis
 30 et discolis est reverentia exhibenda. Unde Petrus: *servi subditi estote dominis non solum bonis, sed etiam discolis.* Et per consequens non sunt mala de eis suspicanda nisi appareant manifeste, nec est eis detrahendum, nec sunt ab inferioribus diffamandi, nec eis sunt crimina imponenda, quoniam omnia huiusmodi sunt vitanda de necessitate

P1 264v

4 eorum | adverse scr. sed del. P1 5 cham | s. scr. sed del. P1 6 canaan |
 p. c. sup. lin. P1 ; chamaan a. c. P1 defectum | in marg. P1 8 sem | oli.
 scr. sed del. P1 15–17 ante — vide | in marg. inf. P1 20 turbis | de s.
 scr. sed del. P1 23 ut | reperi scr. sed del. P1 29 patet | sup. lin. P1
 32 nec | sut. e. scr. sed del. P1 34 imponenda | et scr. sed del. P1

salutis. Et per consequens, quicumque assertor scripture supradicte
 ritimice gallice continentis sententialiter latine quod ‘Urbanus fuit et
 est bone vite et voluit corrigere superbiam et symoniam aliquorum
 cardinalium, sed ipsi noluerunt, et ideo conspiraverunt contra ipsum
 5 iniuriam’, et alibi dicitur in eodem libello quod ‘fecerunt contra ipsum
 falsam synodum’. Quicumque igitur assertor talis sententie incurrit
 manifeste peccatum mortale, scilicet false et prave opinionis de proximis,
 detractionis, diffamationis et criminis impositionis.

10 Circa hanc scripturam sive rismum reprobandum non sinoror*,
 quia illam sententiam reverendissimus pater, dominus PICTAVENSIS
 in *Sermone* suo supra allegato super sedatione scismatis presentis
 in Cameraco facto plene evacuat et annullat. Et etiam quia prima
 fronte dicta scriptura non apparentem nisi quedam detractio diffamatio
 criminis impositione omni carens probatione, quinyomo probabile, et
 15 ideo, eadem facilitate qua asseritur et non probatur, contempnenda est
 et negatione simplici refellenda.

Circa vero primum rismum quo dicebatur “les cardinalx furent bien
 poui Urbayn creables” etc., cuius latine rismi sententia hec est, quod
 ‘cardinales fuerunt bene credibiles pro URBANO quia credebantur in
 20 veritate stabiles se pro CLEMENTE monstraverunt se ita variabiles
 quod plures reputant verba eorum pro fabulis vel quasi fabulas, et
 per consequens non credibilia.’

25 Et per isto puncto tangendo, quia hic imponitur cardinalibus
 variabilitas, ideo videndorum sunt que testificati sunt cardinales et
 ubi et quando et qualiter.

Primo, Rome sub impressionem existentem elegunt et testificati
 sunt se elegerisse BARTOLOMEUM in Romanum Pontificem, ac per
 consequens, in supremum. Et hoc, ut dicit reverendissimus pater,
 dominus PICTAVENSIS, contra morem requisiti ab eodem, scripserunt
 30 principibus Christianis.

Secundo, in libertate positi et in Anania et securitate positi
 propter adventum hominum armorum Gallicorum seu Citramontanorum
 de partibus Ancone in Ytalia ad Ananiam, testificati sunt se
 BARTOLOMEUM elegerisse Rome ex metu mortis eis crudeliter, et
 35 cum tumultu comminate* per Romanos, nisi eligerent Ytalicum vel

4 ideo] con. scr. sed del. P1 15 est] sup. lin. P1 18 latine] sup.
 lin. P1 20 monstraverunt] mostraverunt P1 21 eorum] sup. lin. P1
 26 elegunt et] in marg. P1 28 in] sup. lin. P1 31 positi²] sup. lin. P1
 32 armorum] de par. scr. sed del. P1

Romanum, ex tali inquam metu elegerunt BARTOLOMEUM, alias non
facturi. Ex hoc testimonium scripserunt unanimiter in litteris patentibus
seu scribi fecerunt et propriorum sigillorum applicatione muniri catedrali
in Ecclesia p^lli*anam post sermonem publicum et sollemnem, ipsis
5 omnibus ibidem existentibus et eorum familiaribus clero et populo
ville ac capitaneis et nonnullis hominum armorum publicari fecerunt
copiasque suarum huiusmodi litterarum suarum multitudinem fidelium
directa* ad universas partes Christianitatis, saltem Ecclesie latine
transmiserunt, ut notum est.

10 Tertio, Fundis adhuc in maiori libertate et securitate positi Fundis
cernentes in eorum conscientiis, et forsán iuridice hoc decerere potuerunt.
Hoc relinquo, iuridicis iuris ignarus, sed sufficit michi primum videlicet,
quod in eorum conscientiis decernentes sedem apostolicam vere vacare
eo quod prima electio facta Rome ipso facto nulla fuerat. Providerunt
15 Ecclesie de pastore et elegerunt dominum unum CLEMENTEM omnes
cardinales preter domini sancti Petri tam Ytalici quam Citramontani,
vel saltem electionem huius interfuerunt.

Et hec notum esse debet universis. Hec de testimoniis etc.

20 Et hanc electionem et electum esse verum Papam tertio testificati
sunt et testantur sub omni asservatione iuramenti vallatione etc.

|| Undecimum folium.

P1 265r

In hiis testimoniis non videtur nisi in primo testimonio Rome apparet
mendacium officiosum et scilicet pro vita propria corporali servanda,
sicut sit quis mentiretur pro salvanda vita proximi, et hoc dico quoad
25 cardinales qui sciebant electionem ipso facto nullam et testificanti
sunt metu mortis sic electum esse verum Papam, quia forsán nonnulli
cardinalium putabant electionem valere et illi testificabantur simpliciter
falsum sine mendacio. Mendacium inquam dico officiosum et omnes
actus subsecutos officiosos durante impressione, puta presentiam in
30 coronatione, in consistoriis, petitiones beneficiorum, factiones litterarum
primarie* et aliarum graciosorum* sub nomine BARTOLOMEI ut morum

3 applicatione] appentione P1 catedrali] in marg. P1 4 p — anam]
sup. lin. P1 5 eorum] co. scr. sed del. P1 familiaribus] populo scr. sed del.
P1 9 est] tertium testimonium probat de duratione metui add. in marg. P1
15 unum] sup. lin. P1 ; iter. in marg. P1 17 vel — interfuerunt] p. c. in
ras. P1 interfuerunt] et ex in scr. sed del. P1 21 undecimum folium] in
marg. sup. P1 22 in¹] varietas: adde si testifi† Roman† † Papam, si autem
solam electionem non est mendacium, etc. add. in marg. sup. P1 29 actus]
sup. lin. P1 officiosos] in marg. P1 31 primarie*] sub scr. sed del. P1
graciosorum*] sup. lin. P1 bartolomei] p. c. sup. lin. P1 ; suo a. c. P1

est. Eciam in Anania, ubi etiam durabat impressio usque ad adventum supradictum gentium armigerarum de partibus Ancone.

Officiosa, inquam, dicenda sunt omnia et utilia et ad bonum finem tendentia, ut videlicet finaliter defectus huiusmodi adveniente libertate
 5 et securitate speratis emendaretur loco et tempore opportunis, quod per Dei gratiam factum esse constat non habentibus velamine corrupte affectionis pervertentis iudicium. Nam iuxta commune proverbium ‘amor et odium’, supple corrupti, ‘pervertunt iudicium’. Et quod fictiones multe possint fieri metu mortis et licite potest apparere de dicendum
 10 Propheta prophetarum de quo scribitur *I Regum 21*, quod *cum fugisset ad Achis regem Geth a facie Saulis extimuit valde a facie Achis regis Geth. Et immutavit os suum coram eis, et collidebatur inter manus eorum; inpingebat in ostia, defluebantque salive eius in barbam* et etc. Et sic tamquam facturus* se demonstrans vel se gerens, cum
 15 tamen non esset manus regis Achis, effugit et mortem vitavit, nec in hoc peccasse quovismodo in *Scriptura* dicitur. In *Novo* quodque *Testamento* Paulus vas electionis timore mortis ad Cesarem, qui veraciter dominus suus non erat, tamquam ad dominum suum verum et legitimum appellavit. Unde *Actum 25 b.* primis Iudeorum et principibus
 20 sacerdotum volentibus eum interficere et festo volente illis prestare gratiam et dicente festo Paulo *vis Ierosolimam ascendere, et ibi de hiis iudicari apud me?*, respondit Paulus: *ad tribunal Cesaris sto, ubi me oportet iudicari*, etc. Cesarem appello etc. et festus *Cesarem appellasti? ad Cesarem ibis*, nec in hac dissimulatione Paulus in *Scriptura* peccasse dicitur, nec penitentiam egisse, sicut Petrus fecit super trina negatione
 25 Christi non penitendo: *flevit amare*.

Unde et quandoque metu mortis dissimulare oportet et ‘maxima pars prudentie in dissimulatione consistit’, iuxta commune proverbium. Unde
 30 *Matthei 2*, magi qui hodi ut videtur promiserant equivalenter se ad ipsum de Betlleem ad Ierusalem redituros *per aliam viam reverse sunt in regionem suam* timore mortis non sue, sed Christi, et hoc monitu angelico, ut patet ibidem.

Excepto igitur primo testimonio cardinalium quoad illam partem

2 ancone] *ill. scr. sed eras. P1* 5 loco — opportunis] *in marg. P1*
 10 prophetarum] 21 primi Regum 21 *scr. sed del. P1* 14 demonstrans] *demonstrans P1* 15 vitavit] *p. scr. sed del. P1* 17 ad] *sup. lin. P1* 19 25] *feſta scr. sed del. P1* 21 dicente] *Paulo scr. sed del. P1* 24 peccasse] *non scr. sed del. P1* 25 egisse] *sup. lin. P1* fecit] *sup. lin. P1* 26 non] *sup. lin. P1* 32 ibidem] *nec propiꝝ dico me dꝝ huiusmodi caꝝ ꝑre culpꝝ etc. add. in marg. P1*

qua dixerunt primum electum seu intrusum esse verum Romanum ac
 supremum Pontificem Papam vulgariter nominatum, suspecto ex timore
 mortis eis comminate* terribiliter cum tumultum per Papam Romanum
 nisi eligerent Romanum vel saltem Ytalicum, omnia eorum testimonia
 5 sequentia et primum testimonium quoad illam parte quod eum, scilicet
 BARTOLOMEUM, elegerunt, sine variatione stare videntur. Stant enim
 hec quod eum elegerunt et quod hoc testificati sunt Romanis in Roma
 sub timore positi. Stat etiam quod in Anania in libertate et securitate
 10 positi, ut pretactum est, dixerunt et veraciter quod hoc fecerant in
 metu et ex metu, alias non facturi. Stat tertium, quartum testimonium,
 quod sede vacante elegerunt A et ipsum esse verum Papam testificati
 sunt, et sic illa scriptura ritimice gallice composita quoad primum
 rismum quo dicitur ‘lez cardinalx furent bien pour Urbain creables’ etc.
 15 latine quod ‘cardinales fuerunt pro Urbano bene credibiles’ seu credendi
 totaliter, annullatur eo quod inter alia eorum testimonia illud est solum
 suspectum, et sic in huius primo testimonio eis est minus credendum
 quam in sequentibus, et per consequens, si eis in sequentibus testimoniis
 vel eorum altero non sit credendum, nec in primo per locum a maiori
 credendum est. Magis enim videntur credenda testimonia in libertate et
 20 securitate facta quam sub metu et ex metu facta. Unde etiam testimonia
 facta ex amicitia et affectione familiari verisimilia fieri non admittuntur
 in iure, et multo fortiori ratione, nec ea que vi et metu fuerit, super quo
 iuris ignarus ad iuristas seu iuris peritos me remitto.

|| Item, in dictis verbis ritimatis ostenditur repugnantia, nam si
 25 cardinales non sint credibiles vel credendi in secundo et tertio testimoniis,
 hoc est quia non sunt fide digni nec veraces seu virtutem moralem
 veracitatis, quam ponunt philosophi non habentem, sed fuerunt fallaces
 et mendaces, oppositum habentes viciū. Sed ex hoc sequitur quod
 nec in primo testimonio sunt credendi, quia qui semel vel bis, et per
 30 consequens, pluries reperitur mendax et malus, semper presumitur esse
 malus, et talis non solum esse, sed fuisse presumendus est. Unde in
Psalmis: non enim qui operantur iniquitatem in viis tuis ambulaverunt.
 Et per consequens, si cardinales in sequentibus testimoniis non sunt
 credendi propter defectum virtutis veracitatis, nec in primo eorum

P1 265v

7 roma] item stat quod scr. sed del. P1 9 fecerant] ei scr. sed del. P1
 10 tertium quartum] iter. in marg. P1 quartum] p. c. P1 11 quod] a scr.
 sed del. P1 14 quod] sup. lin. P1 17 et] si scr. sed del. P1 24 item]
 tertio quarto add. in marg. P1 25 vel credendi] sup. lin. P1 26 hoc est]
 iter. P1 sunt] fuerunt add. sup. lin. P1 virtutem] scilicet ver. scr. sed del.
 P1 31 et talis] sup. lin. P1

testimonio pro Urbano, contra rismium.

Item, probabile est quod qui non veretur committere maius crimen, nec veretur comittere minus, sed maius crimen esset. De aliquo vere et rite electo summo Pontifice totam communitatem fidelium decipere
 5 ipsum dicendo non esse vere summum Pontificem libere et sponte absque metu quam in metu et ex metu. Dicere et testificari alique non vere summum Pontificem esse verum summum Pontificem, ut satis notum est, nam et sine electum fidelium dampnatione aliquando cardinales
 10 testificati sunt personam non Papam, puta feminam, esse Papam decepti errore facti in sexu. Aliquando decepti de fide electi ut in LIBERIO heretico ad tempus, qui tamen erat hereticus Arrianus, et per consequens, si cardinales non sunt fide digni credibiles seu credendi in sequentibus testimoniis, nec in primo eorum testimonio, contra rismum in formam.

Item, si alicui vel aliquibus credendum est in une, credendum est ei
 15 vel eis in omnibus. Patet hec proposito, quia si alicui credendum est vel aliquibus in uno, hoc est quia talis vel talis reputantur verax vel veraces et virtutem moralem veracitatis habere; qui autem verax est in uno vel verax in uno ceteris partibus, reputatur verax est in omnibus reputandus; et qui fallax est in uno, fallax est in omnibus reputandus.
 20 Nam, secundum Apostolum Iacobum, qui in uno delinquit, *factus est omnium reus*. Et per consequens, ponendo discredentes cardinalibus in sequentibus testimoniis habent discredere primo testimonio vel saltim hesitare de illo, nisi ex pertinacia et obstinatione et corrupta affectione ad suam opinionem primo captam moneantur. Vel forsán fingant cardinales
 25 in primo testimonio habuisse virtutem veritatis, habuisse sub metu, et post in libertate constitutos perdidisse super quo haberent docere se et alios, quod non possunt.

Item, quod sint magis credibiles seu credendi in secundo eorum testimonio quam in primo potest argui, quia in primo testimonio
 30 potuerunt decipi et errare putantes huius electionem valere de iure, quomodo forsán aliqui eorum putaverunt, et per consequens, in hoc decepti alios decipere potuerunt, puta scribendo ad principes et populos Christianos. In secundo vero testimonio nullatenus, scilicet circa factum

3 maius] magius a. c. P1 6 dicere] electum add. in marg. P1 8 electum] in marg. P1 dampnatione] in marg. P1 9 esse] nesse a. c. P1 10 liberio] libro a. c. P1 11 heretico] p. c. sup. lin. P1 ; vocato a. c. P1 18 ceteris partibus] in marg. P1 20 iacobum] sup. lin. P1 23 de illo] sup. lin. P1 27 possunt] sicut M-TI istis temporibus moveret videntur add. in marg. P1
 30 errare] errore iuris scr. sed del. P1 31 eorum] sup. lin. P1

eorum proprium ac voluntate nullatenus decipi potuerunt, videlicet quod metum habuerint, et quod ex metu elegerint BARTOLOMEUM, alias non facturi, scilicet ad tumultum in domici Romani populi comminantis eis morte crudeliter seu terribiliter, nisi elegerent Romanum vel saltem
 5 Ytalicum, et in hoc facto non potuerunt, nec possunt decipi, ut notum est super conclusio. Verisimilius est omni homini habenti rectum iudicium rationis non prava affectione decepto et infecto ipsas cardinales timuisse et ex timore electionem fecisse, alias non facturos, quam libere elegisse, vel saltem rationes premissae rationabiliter iudicantem reddere
 10 debent dubium de prima electione, cum illi habendos propter quorum testimonium creditur prime electioni tamquam libere facere, dicant eam esse meticulosam et fannam ex metu.

Et quod in hoc cardinales sic credendum de necessitate salutis probatur sic: supposito uno vel duobus, primum est quod omni homini
 15 intelligenti et ad hoc disposito omni modo possibili iusto et rationabili in isto casu inquirendum est de necessitate salutis quis sit verus Romanus ac supremus Pontifex; ex quo ulterius sequitur quod eadem necessitate omni tali inquirendum est, an prima electio fuerit meticulosa seu facta ex metu, alias non fienda. Nam ex hoc secundo dependet primum, ut
 20 notum est. Ex hiis sequitur tertium, videlicet quod in hoc recurrendum est ad testes qui soli noverunt veritatem certitudinaliter, et hoc de necessitate salutis. Hoc enim consulit *Scriptura divina* in similibus dubiis pertinentibus ad salutem. Unde *Deuteronomio* 32, populo Iudayco dubitanti de divinis operibus, de quibus recte et firmiter credere
 25 tenebatur, inquit Moysem, vice Dei, sic: *generatio prava ac perversa*.

|| Duodecimum folium.

P1 266r

Hec sine reddis domino, popule stulte et insipiens? unquam non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit te, et creavit te? Memento dierum antiquorum, et cogita generationes singulas, et sequitur ad propositum:
 30 *interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; maiores tuos, et dicent. Et sic videtur fiendum videt si quis hesitet vel velit inquirere veritatem de isto utrum cardinales Rome in prima electione metum habuerint et*

10 debent] p. c. in marg. P1 ; potest a. c. sup. lin. P1 15 modo] sup. lin. P1 16 de — salutis] in marg. P1 17 ulterius sequitur] iter. P1 ulterius] ex hoc scr. sed del. P1 22 divina] un. scr. sed del. P1 26 duodecimum folium] in marg. sup. P1 27 hec] †i secundum folium. Pro defentione protectione liberatorum sunt alique rationes sumende a rationibus inductis pro affirmativa prime questionis add. in marg. sup. P1 liberatorum^{ad} hec] a et etc. scr. sed del. P1

ex metu elegerint interrogare eos qui super hoc sciunt certitudinaliter veritatem et ipsis concorditer super hoc deponentibus debet credere de necessitate sue salutis.

Ad hoc idem, scilicet quod cum quis dubitat vel ignorat aliquid ab eo sciendum et inquirendum debeat interrogare scientem certitudinaliter veritatem, est Salvator, *Iohanni* 18, nam cum Pontifex interrogasset eum de discipulis suis, et de doctrina eius, respondit Ihesus: *Ego palam locutus sum mundo; et in occulto nihil, etc. Quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt quid locutus sum ipsis; ecce hii sciunt quid dixerim ego.* Et sic patet quod in re ignota aut dubia perquirenda est veritas a scientibus rem certitudinaliter; sic est in proposito de secundo testimonio cardinalium in Anania, ut pretactum est, publicato in scriptis publicis, redacto et sigillorum ipsorum cardinalium appensione munito, ut supratactum est. De quo puncto inquirenda est veritas a personis ad hoc abilibus et dispositis de necessitate salutis, sicut de proposito principali, cum ad hoc dependeat propositum principale, scilicet enim ita est quod cardinales in metu et ex metu mortis eis per Papam Romanum terribiliter comminate cum tumultu nisi eligerent Romanum aut saltem Ytalicum, elegerint B vel C, alias non facturi, clare patet veritas propositi principalis, scilicet vero libere elegerint, non ex metu, sed libere et sinere et canonice. Per consequens, patet etiam veritas opposita alterius partis et ob, ut videtur, pars adversa pertinaciter et obstinate, et per consequens, dampnabiliter negat predictum testimonium cardinalium, ne sibi concludatur BARTOLOMEUM non esse Romanum Pontificem ac supremum, ut tangetur.

Et consequenter habet pars adversa dicere cardinales esse fallas et mendaces et pessimos homines, quod teneri nec dici potest aut asseri sine peccato mortali, ut tactum est supra. Dicere etiam habet consequenter pars adversa negans predictum testimonium cardinales non esse fide aut credibiles in aliquo testificato per eos in quo huius* pars adversa sibi repugnat cum credat eorum primo testimonio et teneat esse credendum, et in hoc fore fide dignos et credibiles. Cum tamen predictum testimonium sit notorie suspectum de metu, reliqua vero testimonia sunt clare libere ab omni metu. Ex hiis arguitur contra dicta in rismo ‘les cardinalx fuient byen pout Urbayn creables’ etc. Sententia ‘cardinales fuerunt bene credibiles pro URBANO, quia credebantur in veritate stabiles, sed pro CLEMENTE se monstraverunt ita variabiles quod multi dicunt eorum verba esse quasi fabulas.’ Credibiles igitur

1 elegerint] habent it habet scr. sed del. P1 17 romanum] alias scr. sed del. P1 18 comminate] sup. lin. P1 eligerent] eligere a. c. P1 27 quod] non scr. sed del. P1

pro Urbano, quia credebantur esse in veritate stabiles, sed non erant stabiles, quia pro CLEMENTE se monstraverunt variables, ergo non erant in veritate stabiles testificando pro Urbano, licet credentur tales, ergo secundum veritatem non erant pro Urbano credibiles seu credendi, contra
 5 partem adversam ex dictis suismet, ut notum est. Confirmatur, quia credulitas seu credentia qua credebatur eis pro Urbano ex concessione partis adverse causabatur ex credulitate qua credebantur esse in veritate stabiles, sed illa credulitas seu credentia qua credebantur esse in veritate
 10 stabiles cessavit cum se monstraverunt variables, ergo prima credentia ab ista causata, scilicet credentia pro Urbano vel de Urbano, cessare cum secundum Philosophum, “cessante causa cesset effectus” vel cessare debeat et effectus.

Item, si sic, cardinales in secundo testimonio credantur fallaces et mendaces in tantum ut voluerunt multitudinem fidelium decipere, ius a
 15 primo electo tollere, alium intrudere, credendi sunt ut videtur a parte sic ponente et suspicante. De ipsis etiam in primo testimonio non fore fide digni, ymo in nullo per eos unquam testificato, iuxta illud *Psalmis*: *non enim qui operantur iniquitatem* (in secundo testimonio) *in viis tuis ambulaverunt* (in primo). Et hec dicta sint ad ostendendum partem
 20 adversam repugnanter ponere que ponit et moveri affectione sola non ratione. Unde multo probabilis est ipsos non esse vel non fuisse credendos in prima electione, quam notorie fecerunt in metu, et, ut dicunt, et in hoc credendi sunt illam electionem fecerunt ex metu, alias non facturi
 25 quam dicere ipsos post in libertate constitutos velle decipere totam multitudinem fidelium ius tolle a primo rite et canonice electo, et alium intrudere, que positio non potest carere peccato mortali, nec potest cadere in quovis homine sane mentis non corrupta affectione infecto.

|| Unde, ut videtur in hoc indifferentes minus male se habent qui ex secundo testimonio saltem effecti sunt dubii de primo, et sic respectum
 30 cuiuslibet testimonii cardinalium existunt neutri, nec potest argui contra eos ex non credente unius testimonii contra credentiam vel credulitatem alterius testimoniorum predictorum. Hoc tamen non obstante, non minus periculose agunt, quia si altera istarum electionum est valida, cum neutri electorum obediant, necessario dampnationem incurrunt. Tenenturque
 35 de necessitate salutis credere secundo testimonio cardinalium, ut patet per rationes factas contra tenentes primam electionem, que equaliter contra ipsos procedunt sicut contra primos, ut notum est. Incurruntque

P1 266v

2 pro] Urban. scr. sed del. P1
 dubium add. in marg. P1

30 neutri] sup. lin. P1

34 tenenturque]

peccatum male suspicionis de proximis et superioribus in Ecclesia suspicantes ipsos non esse credibiles et fide dignos, sed fallaces in omnibus et mendaces in nullo eis credentes primi autem quamvis repugnantur in alico reputant eos fide, scilicet in primo.

5 Item, isti indifferentes dampnabiliter torpent in sua indifferentia, cum de hoc de quo dubitant teneantur de necessitate inquirere veritatem maxime a scientibus illam certitudinaliter, ut tactum est, quales sunt soli cardinales in secundo eorum testimonio a quo pendet tota veritas facti principalis, ut etiam pars prima concedere habet, et ideo dampnabiliter
10 negant illud secundam testimonium.

Nec valet remissio ad consilium generale seu dicere quod sunt parati stare consilio generali. Quid enim posset consilium generale vel quomodo posset eos informare de hoc an cardinales in Roma ex metu mortis eis comminate per Romanos terribiliter cum tumultu et armis, nisi
15 elegerent Romanum vel Ytalicum, elegerint BARTOLOMEUM, alias non facturi? Bene posset consilium generale per multa milia fide dignorum informari de tumultu multitudinis armate in domici Romani speciali et de cominationis mortis per eos facta cardinalibus, nisi eligerent Romanum vel saltem Ytalicum, sed interior metus cardinalium, et quod
20 ex illo metu elegerent, alias non facturi, nullus potest scire, nec consilium generale, nec tota Ecclesia, nisi per divinam revelationem divinitus aut humanitus per testificationem cardinalium: *homo enim videt tantum que foris sunt Deus autem intuetur cor.*

Item, ut videtur, in hac indifferentia negligenter exponuntur iudicium
25 consilii generalis cum non sit probabile de nostris temporibus vel de longis temporibus congrue posse fieri consilium generale congruenter, et per consequens, cum reperiatur aliud promptum remedium iustum et rationabile, ad illud est recurrendum a quolibet catholico de necessitate salutis. Quamvis enim in foro exteriori ista expectatio iudicii consilii
30 generalis in foro ex exteriori aliquo aliter videretur posse excusare eo quod consilium generale in talibus est iudex ordinarius vices gerens totius universalis, cum non potest tota comode congregari, etiam in primitiva, ut apparet *Actum* 15 de illo consilio Apostolorum et seniorum super non circumcisione Gencilium conversorum. Tamen, in foro conscientie,
35 cum non speratur verisimiliter congruere posse fieri consilium generale, vel saltem non speratur fiendum de longis temporibus, negligenter, et per consequens, dampnabiliter torpetur in indifferentia huius ac

2 et] *sup. lin. P1* in omnibus] *sup. lin. P1* 3 primi] *primii P1* 5 item] *dubium add. in marg. P1* 11 nec] *dubium add. in marg. P1* 17 tumultu] *Roma scr. sed del. P1* 18 mortis] *sup. lin. P1* 25 consilii — non] *p. c. P1* 36 fiendum] *sup. lin. P1*

neutralitate et dubietate, maxime cum habeatur aliud promptum
 remedium rationabile atque iustum, scilicet credere cardinalibus in
 suo secundo testimonio, ex quo apparet nullitas prime electionis et
 validitas secunde sufficienter, prout permittit reverendissimus pater,
 5 dominus PICTAVENSIS in suo supra allegato *Sermone* in suo, secundo
 preambulo, dicens sic in forma: “Secundo, quia ad concludendum
 BARTHOLOMEUM, olim Barrensem archiepiscopum, nullum habere ius
 in papatu, sufficit id quod non revocatur modo in dubium in aliqua
 10 regione mundi, quod domini cardinales propter metum mortis eis
 comminate crudeliter cum tumultu,” nisi elegerent etc. “a Romanis,
 alias non facturi, eum elegerunt.” Hoc igitur est remedium iustum et
 rationabile sufficiens et debitum in foro conscientie, scilicet credere
 cardinalibus atque tutum et securum in foro conscientie. Esto enim
 15 quod ipsi quod absit, ymo est in humanum quasi ymaginari false in hoc
 omnes simul concorditer deponerent et declararent credentes eis propter
 ignorantiam invincibilem, quia aliunde quam ab eis veritas huiusmodi
 scire non potest a dampnatione forent in munies, ut videtur, sicut
 iudex nichil obmittens de contingentibus condemnans innocentem per
 testes sufficientes sufficienter examinatos, probatum nocentem excusatur
 20 per ignorantiam invincibilem, excusari videtur a culpa dampnationis
 innocentis crediti per nocentis, sic videtur dicendum in proposito, quo
 dato cum quilibet teneatur in re periculosa se ponere in securo et eligere
 partem securiorem, in tangentibus dampnationem et salutem eternas
 videtur quod quilibet fidelis in predicto testimonio teneatur crede de
 25 necessitate salutis eterne, et habetur intentum.

|| Decimum tertium folium.

P1 267r

Sed quod pars adversa in negatione huius testimonii se anescet ad
 huc restat probare. Et ad hoc induci possunt quedam scripta cuiusdam
 magni iuriste, ut videtur, CANCELLARII FLORENTINI, cuius cuiusdam
 30 epistole dicta aliqua volo hic recitare, cuius titulus talis est: “Cardinalibus
 ultramontanis cuncta fidelium multitudo” et est epistola responsiva
 declarationi cardinalium facte in Anania dicente multitudini fidelium,
 ut patet intuenti.

“Reverendissimi in Christo patres et domini” etc. “Scribit vestra

1 maxime cum] *p. c. P1* 10 nisi — etc] *sup. lin. P1* 25 intentum] et
 quod ignorantia invincibilis excuset catholicos a culpa obedientie non Pape, patet de
 muliere electa in Papam, de Liberio, Aniano, de Leone, quod committit ydolatrus, etc.
add. in marg. P1 26 decimum tertium folium] *in marg. sup. P1* 27 sed]
 materia* supra tacta sunt alibi *add. in marg. sup. P1* 29 cancellarii florentini]
 cancellarius Florentinus *add. in marg. P1*

dignatio quod cum ad celebrandum electionem Summi Pontificis in conclavi vestra, et aliorum reverendissimorum patrum,” scilicet cardinalium Ytalicorum, “excellencia convenisset, quod magna Romani populi multitudo ad campanarum sonitum congregata hostili more
 5 totum palatium circundantes ab extra, et forte totum ab intra implentes, mortem vobis, nisi Romanum eligeretis vel Ytalicum, sunt comminati, subtracto vobis congruo tempore vel spatio in quo saltem de persona posset vestra reverentia cogitare. Et quod ad evitandum periculum, alias non facturi, dominum BARTHOLOMEUM Archiepiscopum Barrensem in
 10 Summum Pontificem elegistis, sperantes eum esse conscientie, quod electionem huiusmodi nullatenus acceptaret. Hec,” inquit, “iste sunt pene verba litterarumstrarum, hoc est vestre partis apparentius fundamentum.” Ad que consequenter respondet sic: “Audite patres reverendissimi, et vobiscum cogitate hec, quam tenaciter affirmatis,”
 15 que notum est, “aliter a plurimis accipi, ymo a nonnullis in contrarium predicari. Sunt qui dicunt ante illum impetum Romani populi vos in prefatum Archiepiscopum consensisse. Sunt qui constanter affirmant, quod et satis proximum est, Romanos Romanum et non Ytalicum postulasse. Et ut in hoc passu aliquantulum immoremur, nonne
 20 verisimilius est Romanos voluisse Romanum, quam de Ytalico in genere, qui Romanis invisus esse poterat, cogitasse? Huius etiam opinionis etiam est maximum argumentum, quod preter secretum habitum consensum de huiusmodi Archiepiscopo supra scripto ad Romanum impetum evitandum reverendum patrem dominum sancti Petri Pontificalibus
 25 adornastis. Que simulatio profecto necessaria non fuisset, si ut dicitis, postulassent Ytalicum vel Romanum. Satis enim erat ad periculum evitandum electum vestrum ostendere, et sic motum furientis populi tranquillare. Mox autem, patres optimi, sicut cuncti, qui tunc in urbe fuerant, referunt, et testantur pene omnes, vos dum Romanus
 30 populus credens dominum Sancti Petri legitimum fore pastorem circa eius venerationem versaretur, ne vos metuisset, sicut asseritis, omnino negemus, recessistis ab urbe in oppida vicina, in quibus nullo terrebamini metu, nullisque minis vobis Romanus populus insultabat, ymo nec, si voluisset, poterat insultare. Demum autem publicata electione per vos
 35 facta, et predicatione domini Sancti Petri omnique tumultum sedatis, ad urbem, celebraturi sollemnitatem de eodem Pontifice, redivistis, qui postera, ut scribitis, eodem metu durante, a vobis ipsis quamvis

4 multitudo] vide si ex domini Pictavensi potest respondi *add. in marg. P1*
 30 credens] credend a. c. P1

littere vestre hoc pertranseant intronisatus fuit, et sollemniter coronatus. Nec obmissa sunt a vobis eius consilia sollemnia, quinyimo ad illa non semel tantum, sed pluries convenistis. Vidistis eum ordinare episcopos, promovere prelatos, conferre beneficia et cetera, que sunt iuris Apostolici,
 5 ministrare, et vos more solito ministrantes eidem in omnibus affuistis. Nec defuerunt ex vobis, qui suis litteris ad mundi principes et populos destinatis assumptionem prefati Pontificis nuntiarent. Facta est de eo per universum orbem Christianitatis de novo Pontifice consueta sollemnitas. Nec hoc una die, sed pluribus mensibus, cum omnium
 10 vestrum taciturnitate duravit, vobis nedum Rome degentibus, in qua tantam formidinem allegatis, sed postquam Ananiam, quam ut lotum tutissimum elegistis, estivandi gratia, pluribus ante scripta vestra mensibus divertistis.” “Nec minus videtur reprehensibilis tanta patientia,” vel reprehensibilia, “tanta silentia, quam hoc quod vestris litteris
 15 condempnatis, si quis salutem fidelium ante oculos sibi ponat.” Hec ille.

Deinde secuntur multa verba reprehensiva cardinalium de multo tempore expenso ante metum et tumultum populi Romani predictos et possibilitate eligendi in dicto tempore non unum solum Pontificem, sed centum, et post tempore, metus quasi in momento de occursu
 20 tot consiliorum, super quo sic dicit iste: “Quis vobis consentiat in momento tot consilia succurrisse, ut unum ex vobis ad tollendum inpetum et tumultum Romanorum Pontificalibus ornaretis, et alium eligeretis hac spe, quod electioni de se facta nullatenus consentiret? Ubi de vita et morte cogitandum erat, quomodo tunc tot et tam
 25 diversa consulere potuistis? Si verus timor fuit, electio certe fieri potuisse non debuit. Et cum alio ad metum sitis usi remedio oratione videlicet domini Sancti Petri, non est verosimile, quod per metum ad electionem ex qua vobis periculi remedium nullum erat tantorum patrum circumspectio processisset, || metum allegatis; cuius hec; quam
 30 dampnatis electio nec securitas erat nec probabilis medicina. Quomodo enim ob metum tam terribilem elegistis, quem vobis opitulaturum fore nullatenus videbatis? Profecto per metum processisse creditur, per quod metuens a periculo liberatur. Frustra quidem per formidinem exortum dicitur, quod ad securitatem non pertinuisse probatur. In
 35 metu quidem non propter metum factum fuisse possumus dicere, quod trepidantem a metu non potuit liberare. Ac si ad formidinis

P1 267v

8 de novo] ecclesie latine supple *add. in marg. P1* 17 populi] *sup. lin. P1*
 20 quis] nota negationem et discredentia *add. in marg. P1* 31 opitulaturum]
 vobis *scr. sed del. P1*

remedium hoc factum est, et solummodo propter metum, cur non in illo fremitu popularis periculi hanc meticulousam electionem, ut reprimeretur furor imminens, publicastis? Manifestum quidem est etiam vobis testibus, quod occultantes electionem et tacentes de electione
 5 predicta aliud remedium paravistis, et sic sine formidine vel non et formidine Pontificem elegistis, quem non estis veriti postea sine metu celebratis coronationis sollemnitatibus confirmare.” etc. Et infra: “Vosmetipsi, patres reverendissimi, ut littere vestre testantur, super quo vobis credendum est, confitemini ad Apostolatus apicem hunc
 10 Barrensem Archiepiscopum elegisse. Fundata est in sede sedentis intentio, in quo non negat vestra reverentia consensisse. Sed metum huius rei causam pretenditis. Hoc ostendere vos oportet. Quomodo autem de hoc metu ne dicamus vere, sed etiam verisimiliter docere possitis, si supradicta velitis advertere, vos ipsi iudicare potestis vel vos ipsi iudicate.
 15 Circumspicite diligenter, o oculatissimi patres, et prudenter advertite an ad tantum et tale inceptum, quantum est hoc, ista metus assertio de iure sufficiat, et ex ea opinioni fidelium satis fiat. Et ex eo maxime, quia non videmini tantum vestre cause confidere, quod hoc non paretis, vestris Britonibus, marte iudice disceptare. Quid facitis, reverendissimi
 20 patres? Videbit ne populus Christianus tantam abhominationem in vestris manibus de re, que est apud mortales est tanti culminis et reverentie, et inter spiritualia ultra quam spiritualis, de capite videlicet Ecclesie et Apostolici Pontificatus, Petri successionem et vicariatu Domini Ihesu Christi, quod non iudicialiter, sed ferro iudice dirimatur? Scitis
 25 ne, quales sunt in ore fidelium de rei huiusmodi contentione rumores? Dicunt plurimi contra Christum detestabile bellum Apostolos indixisse, et de Pontificatus apice non in maturitate et securitate iudicii, sed in belli turbine et ferri violentia iudicari.”

Deinde multa rethorice proloquitur inponendo cardinalibus istam
 30 contentionem provenire ex eo quod electus est Ytalicus et obicit plures prefuisse Ecclesie Ytalicos quam Gallicos, nec debet pudere quantumcumque generosissimo sanguine procreatos sub esse alicui Latinorum qui aliquando, ut sonat *Evangelium*, toti orbi prefuerunt, sequitur ad propositum: “iam videmini tenere, quod vestrum sit
 35 de electione summi Pontificis iudicare, quod solum subest consilio generali, nam hac electone dampnata, ad alterius electionem Pontificis processistis.” Et infra: “non est eligentium Papam de electione cognoscere;

6 postea] qu. scr. sed del. P1 7 et] sup. lin. P1 19 disceptare]
 disceptare P1 25 sunt] sup. lin. P1 34 videmini] q. scr. sed del. P1

aut unquam subsistat de iure celebrata iam electio, iudicare.” Sed, ut dictum est supra, hoc pertinet ad consilium generale, quod dicit cardinalibus fuisse oblatum et non acceptatum, sed refutatum, dicens: “Denique si cause vestre confiditis, cur audientiam generalis consilii
 5 devitatis? Consiliaris procul dubio est ista dissensio, non marte, non alio iudicio citra consilium dirimenda. Qua autem fronte ad arma recurritis, et oblatum consilium et iudicium devitatis?” etc.

Inter hec imponit iste scriptor cardinalibus deceptioni, scilicet quod decepti fuerunt sub hiis verbis: “et cum eum, quem putabatis
 10 renuntiaturum elegeretis vos acceptando deceiverit. O vana hominum consilia et cognitiones inanes! Si ob metum fuerat electus, renunciationi locus non erat, utpote quia talis nulla de iure fuisset et iuri quod non competit, non potest per renuntiationem rationabiliter derogari.”

Hec inquit et quedam circa primam electionem.

Post hec multa proloquitur contra secundam electionem et redit
 15 ad primam post opponendo multipliciter cardinalibus actus subsecutos primam electionem libere factos et consilium eorum liberum designantem timoremque eorum quem predicant non esse timorem, qui debuit cadere in constantes viros, et per consequens, non debere excusare a peccato, nec
 20 debere impedire electionem. Unde, ut quidam alii dicunt, in hoc dicendo non sunt cardinalem audiendi, quia “allegans propriam turpitudinem non est audiendus,” secundum iura. Reliqua predicti scriptorum obmitto.

|| Quartum decimum folium.

P1 268r

Ex dictis huius scriptoris patet clare quod in negatione testimonii
 25 secundi cardinalium facto in Anania et in scriptis redacto cum sigillorum appensionibus, publicato sollemniter ad universas partes Christianitatis, subiectas et obedientes Romano Pontifici destinatas, se nomine multitudinis fidelium se anescat. Unde recitato tenore huius testimonii seu declarationis cardinalium cui, ut probatum est
 30 supra, fuerat credendum de necessitate salutis, inquit iste scriptor, specialiter tamen reverenter loquens, ut supra scriptum: “audite patres reverendissimi, et vobiscum cogitate, hec quam tenaciter affirmatis” etc. Et infra: “quis vobis consentiat in momento tot consilia succurrisse, ut unum ex vobis ad tollendum impetum” etc.

Ex dictis autem huius, aliqua motiva possunt colligi, que parti

2 hoc] *ill. add. sed eras. P1* 4 cur] *iter. P1* 5 dissensio] *discensio P1*
 7 consilium] *consilii a. c. P1* 16 subsecutos] *subsecutus a. c. P1* 23 quartum
 decimum folium] *in marg. sup. P1* 25 facto] *p. c. P1* 27 christianitatis]
 destinato *scr. sed del. P1*

cardinalium et veritati videntur obstare. Unum est per ipsum multipliciter retholice prolocutum fundamentum in oblatione et ornatione Pontificali seu papali domini cardinalis Sancti Petri ad sedandum tumultum et impetum Romanorum, et non illius quem
 5 elegerant, et sic non ex metu et ad securationem eorum videntur elegerisse, quia non ad hoc eo versi sunt, sed magis libere videntur elegerisse.

Ad istam obiectionem non dubito reverendissimi patres domini cardinales qui sic egisse referuntur peremptorie responderent. Scire enim possunt qua de causa et intentione fecerunt vel egerunt varie. Ymo ex hac
 10 varietate arguitur quod erant timore et metu turbati: “turbati enim et irati minus bene prevedunt” et “ira” et metus “impediunt aouem ne possit cernere verum.” Actum sompnando de facto alieno loquendo potest satis apparentis dici quod domini cardinales accendentes quod Romani quamvis peterent Ytalicum vel Romanum, probabile principalius tamen
 15 Romanum et ideo erat dominis cardinalibus quod securius sedarentur per Romanum eis ex habitum, specialiter eis notum, et ab omnibus eis dilectum quam per Ytalicum eis ignotum exhibitum. Ignotus erat BARTOLOMEUM pro tunc populo Romano, quamvis clero esset notus propter officium quod gesserat et istam causam satis fatetur. Prefatus
 20 scriptor dicendus quod “verissimus est Romanos voluisse Romanum quam de Ytalico in genere qui Romanis invisus esse poterat seu in cogi cogitasse.” Unde in illo primo impetu multi eorum BARTOLOMEUM non cognoscentes potuissent existimasse eum esse Citramontanum et imisse in cardinales et in ipsum eis ostensum. Et ideo, pro primo impetu
 25 vitando qui periculosior videbatur, aliis possibilibus fieri in futurum pro securiori exhibuerunt domini Sancti Petri seu exhibuisse videntur. Maioribus enim periculis maiora remedia sunt adhibenda. Nam, ut dicit iuris regula, “ubi maius imminet periculum, ibi cautius est agendum”. Et iterum, dicunt iura: “habundans cautela non nocet” et Gallice dicitur
 30 quod bonum est habere secundas cordas in archa suo. Et ideo, pro primo impetu Romanorum evitando qui periculosior aliis erat in futurum possibilibus, versi sunt domino Sancti Petri pro futuris vero periculis usu sunt electione meticulosa BARTOLOMEI poterant 11 Romani post

2 fundamentum] fundatione tum a. c. P1 8 cardinales] sup. lin.
 P1 9 intentione] fei. scr. sed del. P1 12 sompnando] sopniando P1
 13 cardinales] ad se scr. sed del. P1 14 probabile] in scr. sed del. P1
 14–15 principalius — ideo] sup. lin. P1 15 securius] sup. lin. P1 16 eis —
 habitum] sup. lin. P1 specialiter — notum] iter. sed del. P1 17 dilectum]
 et quia primus scr. sed del. P1 23 eum esse] sup. lin. P1 24 in²] sup.
 lin. P1 30 est] carere scr. sed del. P1 32 petri] sup. lin. P1

sedationem a prime tumultu informari de electione Ytalici iam facta, que sufficebat eis. Non enim querebant Papam nisi propter residentiam curie duraturam in Roma, ymo si credidissent de alico Citramontano quod esset ibi, cum curia remansurus forsan magis voluissent quam
 5 de Romano propter odia et invidias generum et gratuantiva possibilia inferri alteri partium ex positionem Romani Pontificis. Et sic dictum sit ad illam instantiam quam multi reputant fortissimam, ut Achilem eam dicant, que notorie concludit, si concederetur in cardinales malibus varietatem, falsitatem et mendacitatem in secundo testimonio libere
 10 et solemniter facto (de quo supra), quod suspicari de cardinalibus est peccatum mortale, et dicere et publicare est peccatum detractionis et diffamationis et criminis impositionis, peccati inquam maximi, ut est velle decipere multitudinem fidelium etc. ut tactum est supra. Et per consequens, vitandum de necessitate salutis.

15 Aliud motivum potest summi ex dictis supradicti scriptoris. Potest summi contra partem cardinalium et contra veritatem ex quodam dicto scriptoris predicti non posito supra. Unde inquit loquens cardinalibus: “Metus, ut dicitis, fuerat et impressio. Hunc totum expiavit voluntaria consecratio (seu coronatio) ad quam faciendam nullus vos compulit seu coegit.” Et infra ponit quod illam impressionem “purgare potuit
 20 sequens sine trepidatione consensus. (...) Ymo nedum purgare potuit, sed purgavit per liberam assistentiam in consistoriis” etc. Et iterum ante ad eosdem cardinales inquit iste scriptor sic: “Manifestum quidem est etiam vobis testibus, quod occultantes et tacentes de electione predicta
 25 contra metum seu periculum remedium aliud paravistis, et sic modum est vos sine formidine Pontificem elegisse, quem non estis veriti postera sine metu celebratis coronationis sollempnitatibus confirmare.” Istud ultimum dictum suum non est ad propositum, sed tantum duo prima vel priora, ut patet.

30 || Pro ista instantia et similibus et fortioribus adduco et capio tertiam conclusionem reverendissimi patris domini cardinali PICTAVENSI, qua in forma dicit sic: “Tertia conclusio est quod etiam hodie, si in Avinone vel in alio loco securo reeligeretur” (scilicet BARTHOLOMEUM) “ab omnibus cardinalibus, et sedes vacaret, ut quia Papa renunciaret, nullum

P1 268v

10 de — supra] *in marg. P1* 14 salutis] *dubium add. mg. d. P1*
 16 veritatem] *lx. scr. sed del. P1* 17 inquit] *metus scr. sed del. P1* 20 et]
 non vero fuit fomet† †lisam *add. in marg. P1* 21 sequens] *sup. lin. P1*
 22-29 et iterum — patet] *del. cum vacat P1* 30 pro] *infer responsum ex illa*
 tertia conclusione domini Pictavensis ad Tholetanum responsum *add. in marg. sup. P1*

ius sibi posset acquiri. Et hec conclusio probatur”, inquit predictus dominus PICTAVENSIS, “sic. Certum est enim quod BARTOLOMEUS consentienti electione violente de se facte, quam quidem violentiam scivit et vidit, statim factus est scismaticus, in capitulo ‘In nomine Domini’, 23 distinctione, et 79, capitulo 1; igitur, ab ecclesia divisus est, 23, questione 3, capitulo ‘Inter scisma’, capitulo ‘Ad succidendos’. Ex quo igitur ab Ecclesia divisus est, papa fieri non potest, textus est, 7, questione 1, capitulo ‘Novatianus’.” Deinde allegat iste reverendissimus pater iura in quibus “excommunicatis cardinales, si scismaticum eligant in Papam. Et probatur etiam clare dicta conclusio, quia capud est pars corporis de hiis que fiunt a parte, capitulo ‘Novit’. Qui ergo de corpore non est, non potest esse corporis caput,” allegat predictus dominus; ad hoc iura obmitto.

Ex hiis clare patet quod nulli actus sequentes, etiam si fuissent extra impressionem facti, sibi dare ius in papatu, nec purgare viciū prime electionis, quia nec libera electio, de qua magis videtur, hoc potuit prout ponit et probat predictus reverendissimus pater.

Ex isto fundamento evacuari possunt dicta cuiusdam alterius scriptoris scribentis contra partem cardinalium qui tamen non tenebat partem oppositam, sed hesitabat, et petebat meliorem informationem aut consilium generale, scilicet domini THOLETANI rescribentis ad quedam scripta sibi de hac materia per bone memorie patrem reverendissimum quondam cardinalem Santi Eustacii nominatum.

Sed hoc ad probandum in posterum reservato. Probari potest multipliciter predictum fundamentum seu conclusio tertia principalis reverendissimi patris domini PICTAVENSIS, videlicet quod BARTOLOMEUS electus violentia et tali electioni consentiens de se facte per aliquam electionem etiam omnem cardinalium, si sedes vacaret, ius nullum in papatu acquirere posset, nec per consequens, unquam acquirere potuit quis modo, et per consequens, nec per actus subsecutos, vel subsequentes. Primam violentam electionem, videlicet coronationem, assistantiam in consistoriis, petitiones, beneficiorum etc. maneret quisque quot tales actus voluerit subsecutos, pote quia per consensum talis electioni violente de se facte, factus est scismaticus, ut arguit reverendissimus pater predictus. Nec remansit membrum

4 scivit] et auditur *scr. sed del. P1* 5 domini] istud argumentum
 roborari potest ex argumentis Okam contra Iohanni 22 tange *add. in marg. P1*
 6 succidendos] succindendas *P1* 19 cardinalium] qua *scr. sed del. P1*
 24 sed] Okam *add. in marg. P1* 26 principalis] per rationes *scr. sed del. P1*
 33 actus] *sup. lin. P1*

Ecclesie, nec, per consequens, caput Ecclesie fieri potuit.

Hoc, inquam, predictus dominus PICTAVENSIS, sufficienter quantum michi minimo apparere potest, sufficienter probavit quamvis breviter iuxta ea que premiserat suo predicto *Sermoni*, dicens: “Premitto
5 tria antequam aggrediar que principaliter sum dicturus. Primo, quod non intendo recitare factum violentie et intrusionis per extensum, sicuti fuerit, propter tria: primo, quia anno preterito vobis plene fuit recitatum” etc. Brevitatem igitur predictus reverendissimus pater in principio sui *Sermonis* predicta protestatus breviter, sed efficacissime,
10 et medio potissimus possibili, ut minimo michi videtur, ut est possibile in talibus predictam tertiam suam conclusionem fundamentalem pro dicendis clarissime comprobavit.

Cuius dictum annectere seu adiungere michi visum fuit satis congruum aliquas de rationibus magistri GUILLELMI OKAM, doctoris
15 Anglicani, in libro suo quem *Dyalogum* appellavit, quia dyalogizando procedit. Quem reverendissime habebatis, cum in Ytalia cum !!!-tis vobis dum personaliter serviebam, et illum tunc aliququaliter vidi, et post magis, sed nondum plene. Quas quidem rationes fecit predictus doctor ad ostendendum quemcumque factum hereticum perdere iure divino absque humana quacumque sententia ius perdere in quacumque
20 Ecclesiastica dignitate, specialiter in papatu, contra felicitis recordationis IOHANNEM XXII, quem probare fuisse hereticum factum multipliciter, nisus est, et ius perdidisse, per consequens, in papatu ad finem, ut videtur quod processus dicti domini IOHANNI XXII fatus contra
25 LUDOVICUM DE BAVARIA volentis tunc optinere Romanum imperium contra consensus Ecclesie Romane nulli essent censendi. De quo processu dicti doctoris non est ad propositum pertractare, nisi tantum unum dico, quod rationes doctoris non reprobo pro nunc, quinyimo ipsis uti intendo saltem aliquibus, sed salva sui reverentia in predicto domino
30 felicitis recordationis IOHANNEM XXII pertinaciam non demonstrative probavit, nec revocationis sue nullitatem valorem, sicut nec Romanum Collegium, nec Ecclesia universalis eum pro tunc hereticum reputavit, quia nec pertinacie Ecclesieque sua sufficit revocatio, ut notum est universis hac huiusmodi reverentia doctoris premissa, venio ad

1 ecclesie²] ei. scr. sed del. P1 13 cuius] p. c. in marg. P1 ; illus* a. c. P1 dictum] sup. lin. P1 adiungere] volui volo scr. sed del. P1 14 congruum] q. scr. sed del. P1 16-18 quem — plene] del. P1 16 quem] aliis quos ibidem p. dolor dimisistis add. in marg. P1 17 dum] sup. lin. P1 20 quacumque¹] hi. scr. sed del. P1 23 papatu] et per. scr. sed del. P1 24 contra] sup. lin. P1 25 tunc] sup. lin. P1 26 consensus] p. c. in ras. P1 29 reverentia] sup. lin. P1 32 nec] universalis scr. sed del. P1

intentum.

|| Quintum decimum folium.

P1 269r

Videt quod scismaticus quisque ius non habeat in papatu, nec possit
existens scismaticus eligi in Papam, quoniam scismaticus factus ius
5 perdat in Papatu, sicut de quocumque facto heretico probat predictus
doctor pro eo quod nec scismaticus, nec hereticus manentes tales
membra Ecclesie esse potest. Et magis hoc videtur iuxta significationem
vocabulorum de scismatico quam de heretico. Quoniam hoc nomen
'scismaticus' importat principaliter dictum ab Ecclesia seu ab unitate
10 Ecclesie. Hoc vero nomen 'hereticus' importat principaliter divisionem
a fide a habitus* veritatis catholice, non directe dictum ab Ecclesia,
quamvis iste dictiones se invicem comittentur, nec opus sit est declarare
pro nunc gratia bonitatis.

Quod autem scismaticus fieri Papa non possit, sicut nec hereticus,
15 nec aliud iuris in catholicos habere possint tales infideles et catholicos,
patet auctoritate CYPRANI, que habetur 24, questione 1, capitulo
"Didiscimus", ubi sic dicitur: "Didiscimus omnes omnino hereticos et",
per consequens, "scismaticos nil habere potestatis aut iuris in Ecclesia.
Propter quod Donatianus nec potest nec debet recipi, quo minus
20 ipse quoque extra Ecclesiam confidens, et contra pacem ac Christi
dilectionem faciens, inter adversarios et antichristos computetur. Et
paulo post: Una est Ecclesia, que una et intus et foris esse non
potest. Si enim apud Novatianum est, apud Cornelium non fuit, qui
Fabiano episcopo legitima ordinatione successit, et quem post sacerdotii
25 honorem martirio quoque Dominus glorificavit, Novatianus vero in
Ecclesia non est, nec episcopus computari potest."

Querenti enim predicto reverendissimo quondam cardinali Sancti
Euscthacii nominati, quia post predictam electionem et exitum conclavis,
cardinalem ipsum BARTOLOMEUM intronisaverunt, coronaverunt ipsum
30 ut unum Papam, tractaverunt in reverentiis et omnibus aliis, numquid
per istos actus tam sollemnes et totiens iteratos vicium inherens
ipsi electioni propter impressionem et metum sic purgatum, ita ut
BARTOLOMEUM possit dici verus Papa.

Respondet predictus Archiepiscopus TOLETANUS multa dicens.

35 Dico quod, cum in hoc, scilicet in fieri Papam vel in eligi in

2 quintum decimum folium] in marg. sup. P1 3 possit] sup. lin. P1
11 a² — catholice] sup. lin. P1 12 sit] p. c. sup. lin. P1 ; est a. c. P1
27 querenti] Tholetanus add. in marg. P1

Papam, nulla forma requiratur, sed sufficiat solus consensus naturalis eligentium et electi, ut probat per iura et omnes cardinales elegerunt BARTOLOMEUM, licet pro tunc electio non tenuerit, tamen quia post cessante tumultu in ipsum non solum due partes, ymo omnes etiam illi
 5 qui extra urbem in ipsum tamquam in electum consenserunt faciendo illo BARTOLOMEUM actus supra descriptos, et non solum ut singuli, sed ut collegialiter et ut collegium dum erant congregati in consistoriis et aliis consiliis, igitur purgatum est vicium ut probant *Decretales*, *De sponsalibus*, ut inquit iste dominus TOLETANUS. Nichil enim refert, si
 10 quis declaret voluntatem suam seu consensum suum verbis aut factis allegationes obligato.

Ad rationem in contrarium, qua arguitur quod isti actus non sunt ordinati ad faciendum papam etc. respondet per similem dicens quod, sicut licet solus coytus non faciat matrimonium, ubi verba non
 15 precesserunt, quia non est actus institutus ad faciendum matrimonium, quod facit solus consensus liber, tamen ubi precesserunt verba consensum exprimentia de presenti, licet pro tunc matrimonium non tenuerit timore conditione vel etate prohibente, si postmodum coytus secutus fuerit matrimonium erit. Non ex tunc, sed ex nunc, ut dicunt iura. Et idem dicit
 20 de datione mutua minusculorum et amplexibus, si supervenerunt post matrimonialia verba, pro tunc non facientia matrimonium prohibente timorum etc. Quod secundum iura faciunt matrimonium ex nunc, licet non ex tunc.

Ita in proposito nostro, licet simplex et nuda intronisatio vel coronatio
 25 vel nominatio non sit actus institutus ad faciendum Papam, quem facit solus consensus cardinalium eligentium et electi, tamen ubi precesserunt verba cardinalium eligentium et consensus ipsius electi, et fuit ipsius electio celebrata, licet pro tunc non tenuerit, electo timore prohibente et impressione durante, tamen quia postera secuta est intronizatio,
 30 coronatio, nominatio et alii multi actus non subiacentes, ut supponebat dominus Sancti Eustacii, per quos actus clare constat de tacito consensu et de perseverantia primi consensus, ex nunc, licet non ex tunc, verus Papa est censendus per iura met, per dominum Sancti Eustacii allegata cum non solum causa impedimenti cessaverit, sed supervenerit
 35 confirmatio.

2 elegerunt] *sup. lin. P1* 9 dominus] *sup. lin. P1* 12 ad] argumentum per simile claudica[uno p[ro]dere *add. in marg. P1* 14 solus] *sup. lin. P1*
 19 dicit] *sup. lin. P1* 20 post] *sup. lin. P1* 21 verba] licet *scr. sed del. P1* facientia] *pro. scr. sed del. P1* 24 coronatio] non *scr. sed del. P1*
 29 secuta] tacet de impressione durante, ymo supponit cessasse *add. in marg. P1*

Aliud ponit ponit simile. Nam episcopus promovendo illegitime
 natum vel concubinatum non videtur dispensare, sed si precessit super
 hoc examinatio vel cause cognitio, an esset necessitas vel utilitas
 promovendi, videtur dispensare. Allegat ad hoc iura, obmitto. Et tamen
 5 promotio est actus ad alium finem ordinatus quam ad dispensandum,
 sed tamen operatur dispensationem propter illa que precesserunt. Sic
 in proposito non est mirum si coronatio et ceteri actus se omnem
 operentur alium effectum propter illa que precesserunt. Coronatio etiam
 et consecratio spectant ad cardinales, et ipsi eas fecerunt URBANUS
 10 sub titulo papali. Ergo, videntur consensisse quod esset Papa, et ipse
 recipiendo consensit, et per consequens, habet ius, etiamsi nulla alia
 electio a prima precessisset, etiamsi primum nulla erat, quia eam ipsi
 cardinales non poterant ignorare.

|| Nec obstat quod coronatio, consecratio etc. pertinent ad certos
 15 cardinales, quia illi ad quos pertinebat fecerunt aliis cooperantibus et
 auctorizantibus, et per consequens, omnes videntur fecisse. Allegat,
 obmitto.

P1 269v

Unde videtur iste dominus TOLETANUS notare quod actus quos
 fecerunt cardinales circa URBANUM, scilicet eum nominando in Papam,
 20 obediendo ei, respondendo ei, cum iuribus papatus recipiendo, ab eo
 processiones solitas vel gratas, pro se et aliis impetrando. Et si in aliis
 prelationibus ius non darent, tamen in Romano Pontifice dicit secus
 esse, quia electio Romani Pontificis requirit celeritatem nimiam, ut in
 capitulo “Ubi maius” et capitulo “Ne Romani” possit eligi persona que
 25 alias non esset ydonea ad aliam dignitatem, ut notatur in capitulo
 “Si quis pecunia”, ita ut valeat fieri talis electioni per quoslibet actus
 per quos appareat cardinales in ipsum consentire vel consensisse ut in
 papatum. Et hec omnia favore faciliorem provisionis que est nimium
 desideranda et appetenda, et que est a normala et ex orbitat ab aliis
 30 electionibus et promotionibus aliorum prelatorum, ut in capitulo “Licet
 de vitanda” et “Ubi maius periculum” et “Ne Romani”. Et pendet
 ex solo consensu cardinalium, di quo consensu quandocumque vel
 quomodocumque constet, sufficit ut habeatur quis pro Papa, ut dicunt
 INNOCENTIUS et COMPOSTELLANUS in capitulo “Licet de vitanda”.

Demum respondet ad aliud fundamentum domini Santi Eustacii, quo
 35 dicit auctus huius sequentes electionem ad condemnatos esto, quod
 esto quod nulli vicio subiacerent, ex illis nullus effectus provenire potuit,

1 aliud] alias a. c. P1
 P1 9 et¹] sup. lin. P1
 p. c. P1 ; dicent a. c. P1

ponit¹] iter. P1 3 hoc] dispensatio scr. sed del.
 15 pertinebat] d. add. sup. lin. P1 22 darent]
 36 esto] contradictio videtur hic add. in marg. P1

nisi periculis. Ad quod probandum format talem rationem: quando cardinales primo elegerunt, aut statim electo tenuit et ipse fuit Papa, aut statim non tenuit, et ipse consentientis fuit antipapa, intrusus et antichristus, ut in capitulo “In nomine Domini”, et tunc omnes adherentes
 5 et qualemcumque reverentiam exhibentes pari sententie mancipatur, ut in eodem capitulo. Tales igitur actus iure dampnati electionem sequentem nullatenus potuerunt operari.

Ad hoc inducit TOLETANUS unum dictum in temate, quod aliqui cardinales elegerunt animo et intentione ut esset verus Papa, verum*
 10 quoad istos videtur libere electus, alias verba repugnarent, cum non possit verus Papa sine libero consensu. Cui electioni post omnes cardinales per solennes multiplicet iteratos actus non subiacentes vicio, ut supponit dominus Sancti Eustacii, adheserunt, et in ipsum tamquam clericum consenserunt, quod iuste facere potuerunt per capitulum
 15 “Devitanda”. Igitur est verus Papa, etiam si ista electo facti fuit a paucioribus quam duabus partibus cardinalium, superveniente post maiori concordantia* et ista superveniens concordium. Patet ex temate, ut dicit iste dominus TOLETANUS.

Notari potest quod ad rationem predictam dominus THOLETANUS
 20 non respondet in forma, puta ad illam partem si electio statim non tenuit, ipse electus consentiens fuit antipapa, intrusus et antichristus. Et dominus PICTAVENSIS in fundamento preassumpto, scilicet in tertia conclusione sua, quam premisi, pro fundamento dicit ipsum factum scismaticum, et per consequens, ineligibilem et infactibilem papam, cum
 25 tunc factus fuerit non membrum Ecclesie, et per consequens, actus sequentes nichil circa ipsum potuerunt operari. Et sic dicta domini TOLETANI nulla sunt reputanda, et per predictum domini PICTAVENSEM fundamentum, cui exordat ratio supra inducta per dominum Sancti Eustacii, seu argumentum ad quod dominus TOLETANUS minime plene
 30 respondet, evacuantur.

Item, dicit infra dominus TOLETANUS predictus quod per actus quos cessante impressione seu metu omnes cardinales, qui per expressum consensum poterant facere verum Papam, fecerunt, videlicet quod sic electum intronizaverunt, coronaverunt etc. impugnationi electionis
 35 renunciaverunt et viciū quod in erat electioni purgaverunt, videntque

3 consentientis] *sup. lin. P1* 8 ad] contra hoc instandum *add. in marg. P1*
 18 toletanus] et si que sint similia hic et alibi *add. in marg. P1* 23 sua] quam
 pre. *scr. sed del. P1* 24 papam] *sup. lin. P1* 28 fundamentum] *sup. lin.*
P1 31 predictus] quos *scr. sed del. P1* per] *sup. lin. P1*

hic non habere locum illam *Decretalem* “In nomine domini”.

Ex hiis possunt omnia dicta dicti domini TOLETANI ostendi non esse vigoris, nec procede contra partem cardinalium et veritatem, quia dicit vel addit istam conditionem: cessante impressione, quam domini
 5 cardinales dicunt durasse dum huius actus sequentes fierent. Super quo, ut probatur in principali conclusione huius questionis, est eis credendum de necessitate salutis, cum ipsi soli et Deus super hoc noverunt veritatem, ut tactum est supra. Et sic dicta domini TOLETANI in quibus multum se fundat pars adversa contra partem cardinalium;
 10 efficaciter non procedunt.

Attamen hanc responsionem et testimonium cardinalium super huiusmodi inpressionis duratione impugnat predictus dominus TOLETANUS multa inducendo. Unde ponente domino Sancti Eustacii fortius pro parte cardinalium ceteris fundamentum quod est quod “cardinales
 15 patres reverendissimi quamdiu fuerunt in Roma, in qua fuerunt in sua libertate, sed semper duravit metus, et omnes illi actus, de quibus sermo, supervenerunt, metu durante, et per consequens, remanente, et vicio non purgato.”

Contra hoc fundamentum, inquit iste dominus THOLETANUS, “nec
 20 ipse nec alius vivens posset dicere quid sit de iure dicendum, sed primus electus hoc expresse negat, quinymo dicit quod vult probare quod post primam electionem de mane de ipso factam, eadem die, sumpto prandio, domini cardinales omnes se retraxerunt ad capellam, et ibi convenerunt ad maiorem expressionem et cautellam, et in ipsum
 25 Barrensem Archiepiscopum iterato pure et libere et concorditer ac unanimiter consenserunt in eum, ut esset Papa, iterum elegerint.” Item, dicit quod 11 ex illis dixerunt quod ipsum prius elegerant sincere et liberis mentibus, cum pura et libera voluntate, cum iuris iurandi, religione affirmantes.

30 || Sextum decimum folium.

P1 270r

Et asserentes electionem suam puram et sinceram et canonicam fuisse et esse, rogantes ipsum cum precibus et magna instantia, ut dicte electioni daret consensum, quod et fecit. Asserens etiam quod

2 ex] omnibus istis processibus preteritis et futuris protestabere quod logice et grammaticaliter, sicut invito straminum fit utriusque ignarus harum intendit procedere, nulloque modo notum te fac *add. in marg. P1* ignarus^{ad ex]} *sup. lin. P1* 29 affirmantes] ista inducta per dominum Toletanum aliquid tangebant ante visionem doctorum dominis Pictavensis *add. in marg. P1* 30 sextum decimum folium] *in marg. P1* 31 et¹] non decepit eos, ut dicit primus scriptor, sed per hec deceperunt eum, sicut dignus erat decipi *add. in marg. sup. P1*

eodem die tres ex cardinalibus predictis, scilicet dominus LEMOVICENSIS, cuius anima requiescat in pace, et duo alii se cesserunt ad partem in dicto palatio, cum prefato, sic ut premittitur electo in loco studii sui et dixerunt sibi quod ipsi tres fuerant motivum et causa electionis sue
 5 et supplicaverunt sibi ut ipse dignaretur eos habere recommendatos. Et etiam executionem domini GREGORII et fratres et alios de genere ipsius. Et certum subsidium prestare pro ROGERO DE BENFORT seu pro redemptione eius. Et quod in prima factione cardinalium dignaretur facere quendam eorum consanguineum cardinalem, quem etiam dominus
 10 GREGORIUS intenderat facere cardinalem, si supervixisset, filium scilicet domini HUGONIS DE RUPE. Et quod dignaretur recipere in cubicularium domini IOHANNEM DE BAR, ad que gratiose dictus electus respondit. Que omnia videntur liberem monstrare consensum.

Item, dicit quod cardinales aliqui existentes in sua libertate in castro
 15 Sancti Angeli et illi qui erant extra urbem in castris ad 24 miliaria, etiam non vocati, redierunt ad urbem, ipsumque libere intronizaverunt. Et etiam quod de Anania tamquam vero Pape scripserunt supplicando pro beneficiis et ecclesiis pro se et aliis. Multa etiam alia narrat que pro ipso faciunt, que videntur prima facie verisimilia, licet sint contraria
 20 narratis in vestro temate, scribit dominus THOLETANUS domino Sancti Eustacii.

Ad que omnia et singula probanda se offert non solum per sufficientem et fide dignos testes, se etiam per presenta instrumenta, prout ipse electus primus scripsit in quodam temate quod credo
 25 vos habere in copia. Scribit predictus THOLETANUS predicto domino Sancti Eustacii, quondam Romane Ecclesie cardinali, cum igitur per supradictam negationem efficiatur fundamentum vestrum dubium, inquit THOLETANUS, etc. Locus est iuridice determinationis, quia etiam si esset dyabolus de inferno, postquam se offert premissa verisimilia probaturum
 30 non debet sibi audientia de negari, ut inquit, seu scribit iste dominus THOLETANUS. Et iterum inquit: satis enim videtur absurdum, si vobis et aliis dominis meis cardinalibus accusantibus et dicentibus ipsum esse apostatam, intrusum, antichristum, qui receptus habitus et reputatus per totum mundum ut verus Papa, et per 4 menses fuit in processione pacifica
 35 absque audientia expellatur ab apostolica sede et ei defencionis copia denegetur. Allegat, obmitto multa: “lex enim ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum prius, quam sub luce obiecta constiterint exigit non

4 dixerunt] *p. c. in ras. P1* 20 scribit] *p. c. sup. lin. P1* ; inquit *a. c. P1*
 25 in copia] *in marg. P1* domino] *domini a. c. P1* 34 et] *sup. lin. P1*

relinqui.” (8, questione 4, capitulo “Nonne”.) Et prius inductus scriptor, scilicet CANCELLARIUS FLORENTINUS, in scriptura sua supra pro parte inducta in principio, sic inquit: concorditer isti scribens cardinalibus Citramontanis, scribens sic nomine multitudinis fidelium sic: “Christi videlicet vicarium dicimus, quoniam ex quo per vos, ut scribitis, et alios patres cardinales,” scilicet Ytalicos, “fuit electus, assumptus, coronatus et ornamentis pontificalibus redimitus, in conspectu innumerabilis populi Christiani, et aliquamdiu tamquam verus Pontifex habitus per vos etiam et tractatus, donet fuerit aliquo legitime declaratum, Christi vicarium oportet credere ac etiam appellare. Non enim si contra diocesanum quempiam de episcopatu iudicium inferatur, licet subditis, nisi prius discusso de iure et re dubia per sententiam declarata, etiam quidquid fama dictaret, quidquid maiorum sentiret auctoritas ipsum non ut episcopum reputare. Temerarium enim nimis esset (seu esse) videtur in tanta re assensu privato sententiam ferre et illud temere sine censura dirimere, de quo videmus dominos maximos dubitare.” Hec ille. Et paucis interpositis sequitur: “scribit vestra dignatio quod cum ad electionem summi Pontificis in conclavi vestra”, ut supra.

Contra istos seu eorum predicta scripta iuris ignarus, grammaticaliter ac logicaliter more vici sterminum paris arguo et probo primo quod predictus primo electus, scilicet per metum qui alias non fuisset electus, non sit audiendus. Cuius oppositum ponit dominus TOLETANUS, scilicet quod “ei non est audientia deneganda, etiam si esset dyabolus de inferno”. Contra: sic nullus electus contra *Decretum* NICOLAY de electione Romani Pontificis conditum “In nomine Domini” etc. Et tali electioni consentiens est audiendus seu nulli tali est audientia danda, ymo cuilibet tali est audientia deneganda. Patet en textu, ubi dicitur quod “si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum” etc. usque ibi: “nec aliqua super hoc aliquando ei audientia reservetur.” Sed primo electus fuit electus contra tenorem et intentionem dicti *Decreti*, ut patet ex secundo testimonio cardinalium, quia per metum cardinalibus impressum ad tumultum Romani populi armati, ad sonum campanarum congregati, comminantis cardinalibus morte terribiliter cum tumultum, nisi eligerent Romanum vel Ytalicum, cui testimonium, ut ostensum est, credendum est a fidelibus de necessitate salutis.

|| Ad hoc idem, quinyimo ad peremptionem omnem inductorum per dominum TOLETANUM contra illud fundamentum domini Sancti

P1 270v

3 scribens] p. c. in ras. P1 16 dubitare] et paucis scr. sed del. P1
21 qui] sup. lin. P1 34 ut] sup. lin. P1 35 est²] de scr. sed del. P1

Eustacii, quo ponebatur quod reverendissimi patres cardinales quamdiu fuerunt in Roma numquam fuerunt in sua libertate, sed semper duvavit metus, et omnes illi actus de quibus sermo supervenerunt metu durante, et per consequens, vicio non purgato. Contra, inquam, hoc fundamentum
 5 inducit dominus TOLETANUS aliqua, que primus electus, ut dicit probare posset, puta quandam electionem liberam subsecutam, eodem die post prandium, et multa tunc per cardinalem dicta, que omnia frivola esse ostendit, tertia conclusio.

Reverendissimi domini PICTAVENSI in sepe allegato *Sermone* que
 10 talis fuit: “quod etiam si hodie in Avinione vel in alio securo, sede vacante, reeligeretur ab omnibus cardinalibus, nullum ius sibi posset acquiri.” probata fuit hic contra predictum dominum PICTAVENSEM, nec oportet repetere. Ista autem conclusio efficaciter predictum dominum
 15 est probata peremptiva omnem inductorum per dominum THOLETANUM specialiter de illa secunda electione facta eadem die Romce* per locum a maiori, quia magis videtur de electione in loco securo, etc.

Ad idem est ratio domini Sancti Eustacii ad quam dominus TOLETANUS salva grata sua minime directe respondet, que ratio videtur stare in hoc quod, si electio prima statim facta non tenuit, electus
 20 consentiens statim fuit antipapa, intrusus, antichristus etc. minime audiendus, per consequens. Et sic falsum est dictum domini TOLETANI quo conclusive dicit, “etiam si esset dyabolus de inferno, non est sibi audientia deneganda”.

Item, supposito quod daretur sibi audientia, non est sibi fides
 25 adhibenda in hoc, quod probare intenderet, videlicet cardinales, ipsum post prandium libere elegerit extra metum et impressionem, non debet credi ipsis econtrario dicentibus se fuisse in metu et sub impressione quamdiu Rome fuerunt, quia unus solus contra plures et tantos viros maxime in re in qua vel de qua tales plures certi esse possunt, unus
 30 solus vero de tali rescire potest certitudinaliter veritatem. Non enim valet consequentia, omnes cardinales post prandium ipsum elegerunt, cessante tumultu, vel postquam tumultus cessaverat, ergo cessante impressione, facile enim erat si cardinales non quiettassent Avinionem* huius primo electi scientis bene, quia iuris peritus erat et est primam

3 durante] contra istud fund. scr. sed del. P1 5 aliqua] sup. lin. P1
 9 reverendissimi] puta quia consentientes electioni violente factus est scismaticus
 add. in marg. P1 14 probata] sup. lin. P1 21 est] in marg. P1 22 dicit]
 quia scr. sed del. P1 24 item] 2 add. in marg. P1 26–27 non — credi]
 in marg. P1 31 valet] elegeri scr. sed del. P1 34 huius] sup. lin. P1

electionem nullam ipso facto. Item, Romanum Papa congregari et fieri errorem peiorem priore, quinyo hoc erat probabile. Item, ex dicta tertia conclusione domini PICTAVENSIS sequitur, ut clare patet, quod etiam si libere elegissent in secunda vice, minime credendum est electione
 5 valuisse, cum non esset pro tunc persona capax huius electionis vel gradus ad quem credebat et optabat libere eligi, et hoc satis tactu est supra.

Item, illa que inducit dominus TOLETANUS et que dicit primum electum posse probare, non contradicunt in aliquo fundamento ponendo*
 10 per dominum Sancti Eustachii quo dicitur quod “domini cardinales quamdiu fuerunt Rome, fuerunt in metu et sub impressione”, et quod illam secundam concordanter fecerunt post prandium etc. vera esse que inducit contra illud fundamentum dominus TOLETANUS, ymo stat quod illa ex impressione fuerunt, scilicet ad communicandum Avinionem*
 15 primo electi et, ut putaret se verum papam, nec propterea amplius Romanus Papatus moveretur, sed staret in pace credens se habere Pontificem vel Papam Ytalicum, ut petebat.

Sequitur ulterius quod nec ex illa electione concordii facta post prandium, nec ex aliis allegatis predictum fundamentum domini Sancti Eustacii efficitur quovis modo dubium. Nam, ut dictum est, stant simul,
 20 scilicet illa que inducuntur per cardinales esse gesta seu dicta, et quod erant sub impressione.

Ex quo ulterius sequi videtur non sequi conclusio finalis, quam infert dominus TOLETANUS dicens sic: “cum igitur per supradictum negotium efficiatur fundamentum vestrum dubium”, inquit ad dominum Sancti Eustacii, “locus est iuridice determinationis, quia etiamsi esset dyabolus de inferno, postquam se offert se, premissa probaturum, non debet sibi audientia denegari.” Huius conclusionis oppositum patet ex dictis et ex alio etiam patet.

Quia esto quod sibi non sit deneganda, ymo esto quod sibi data fuisset vel daretur audientia et probatis per ipsum credentur, scilicet talia per cardinales fuisse gesta et dicta, numquam haberet intentum, scilicet quod per hoc probaretur cardinales esse vel fuisse extra metum et impressionem, nec in hac conclusione sibi omnino incerta sibi
 35 foret aliquo modo sibi credendum a quavis persona rationabiliter affecta.

3 ut] *sup. lin. P1* patet] *sup. lin. P1* 4 est] *sup. lin. P1* 8 item]
 3 add. in marg. P1 13 contra] *hoc scr. sed del. P1* 18 sequitur] *4m add.*
in marg. P1 23 ex] *5m add. in marg. P1* 27 probaturum] *consequentia*
add. in marg. P1 30 quia esto] *p. c. in ras. P1* 31 audientia] *sup. lin. P1*
 35 sibi] *sup. lin. P1*

Cardinalibus asserentibus oppositum et certis solis post Deum de hoc nec per consequens a consilio generali de hoc sibi crederetur discredendo cardinalibus et sic iuridica determinatione super hoc non est opus. Sufficit enim rationabilis credentia, videlicet ut credatur cui credendum
 5 est, et in eo vel in eis in quibus credendum est. Sicut enim cuilibet experto in sua scientia credendum est, ita quilibet experto in suo facto credendum est, et pluribus magis credendum est, ceteris paribus magis quam paucis, maxime uni collegio toti quam uni persone singulari. Non enim est verisimile quod omnes de uno collegio maxime de tanto sint
 10 tam scelerati et criminosi, ut in tanta re unanimiter mentiantur, ad quod mendacium sequeretur omnem dampnabilis deceptio et perniciosus error tot fidelium animarum, quantum in eis est, nisi future per ignorantiam invincibilem excurentur ab huiusmodi errore, sed de hoc supratactum est. Et de hoc tangetur forsan infra.

Item, hic posset inquiri quid iudicaret super hoc consilium generale et an crederet cardinalibus, vel acceptaret motivam alterius partis contra cardinales, aut quid debet facere et quid posset iuste et sancte facere. Et videtur ex conclusione quod debet de necessitate salutis in hiis que
 20 facti sunt credere cardinalibus, quia aliunde veritas sciri non potest, ut videtur, et possunt adduci rationes facte et fiende pro illa conclusione ad hoc, et sic non est opus tali consilio, sed sufficient rationalis credentia et propositum.

|| Septimum decimum folium.

P1 271r

Supposito tamen quod sit locus iuridice determinationis in qui
 25 deinde ad quem vel ad quos pertineat determinare, probat dominus Sancti Eustacii quod ad cardinales probat tali consequentia: licitum erat cardinalibus aliam electionem facere, igitur poterant cognoscere et certificari an prima teneret vel esset ipso facto nulla et an Ecclesia esset viduata pastore etc. Concedit quod poterant cognoscere et inquirere
 30 de prima electione ad sui informationem, scilicet pro sua conscientia, non iuridice diffinire ita quod stetur eorum diffinitioni in preiudicia electi iam per cardinales intronizati, et per 4 menses possitis pacifice ipsis cardinalibus scientibus presentibus non contradicentibus, ipso non vocato, non convicto, hoc omitto. Negat iste dominus THOLETANUS per

5 in] p. c. sup. lin. P1 ; q. a. c. P1 ; iter. P1 est²] sup. lin. P1 7 magis²] sup. lin. P1 12-14 quantum — est] in marg. P1 12 future] dub. P1 13 excurentur] dub. P1 23 septimum decimum folium] in marg. sup. P1 ; iter. in marg. P1 24 supposito] ulteriu. scr. sed del. P1 ; dubium add. in marg. P1 locus] iuridicene scr. sed del. P1

illam *Decretalem* “Ne Romani”, que ipsos cardinales prenat* omni iuridica potestate sede vacante. Concedit tamen quod poterunt de hoc cognoscere in foto conscientie.

Adducit aliam rationem quam obmitto, postque respondet ad unum
 5 quod est pro parte cardinalium, videlicet quod impressio fuit manifesta et notoria. Respondet quod, etiam cessante causa impressionis, scilicet populari tumultu, aliquorum dierum intervallo secuta est manifesta, intronisatio et obedientia multiplex facta electio per cardinales. Et si
 10 dicatur per cardinales quod semper durabat metus, dicitur quod hoc negat primo electus et vult probare oppositum, ut dictum est, cur casus est dubius, nec habet locum illa *Decretalis* “Si quis pecunia”, que habet intelligi, ubi non intervenit vel prevenit concors electio. Sed de hoc tactum est supra, videlicet ostendendo quod in hoc non est standum.

Ad capitulum “Idem quoque” dicit quod habet locum, ubi aliquod
 15 tam grande et tam evidens periculum immineret quod omnibus et singulis cardinalibus presentibus concorditer videretur celeriter occurrendum, que sic non est hic. Nam hic non fuit concordia omnium cardinalium, nam cardinales Ytalici citati et comparentes stabant in ista conclusione quod vocaretur consilium, et adhuc stant, ut dicit
 20 iste dominus THOLETANUS cardinalibus vero Gallicis, non fuit visa illa utilis, sed prejudicialis et dampnosa, et ipsam tamquam talem communi consilio repudiabit*.

Tenet autem iste dominus quod huius determinatio spectat ad consilium generale. Allegat iura, allegationes obmitto. Ratio ad hoc
 25 est potissima, quia “quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet approbari.”

Sed quis iuridice convocabit consilium, dicit—quod—cetus reverendissimorum cardinalium, cum consilium huiusmodi non possit
 30 convocari iustum per papam vel eius legatum, et ipsum consilium auctoritatem habet ab ipso papa. Respondet iste dominus THOLETANUS quod votabitur per cetum reverendissimorum cardinalium, qui in hoc casu succedunt in iurisdictione papali, sed quo iure respondetur per illud capitulum “Idem quoque” et “Ubi maius periculum” etc.

Sed contra hoc, quia supra dixit iste dominus THOLETANUS quod
 35 illud capitulum vel illa *Decretalis* “Ne Romani” privat cardinales omni potestate iuridica sede vacante. Ad ostendendum quod cardinales non

10 est] *sup. lin. P1* 19 ista] *p. c. in ras. P1* 24 allegat] *hoc scr. sed del. P1* 27 iuridice] *sup. lin. P1* dicit] *iter. P1* 29 iustum] *sup. lin. P1* 34 sed] *obiectio add. in marg. P1*

possunt iuridice diffinire de prima electione quod sit nulla ipso facto, ita quod fatetur* determinationi eorum, licet possit de hoc cognoscere ad suam informationem. Et si reperiunt quod fuerit nulla ipso iure, electores qui non peccaverunt possunt aliam facere etiam ex intervallo, sed in hoc casu superior videbit an prima tenuerit vel non. Et sic, ut videtur in proposito, est dicendum.

Ad propositum, videtur quod cardinales non possunt convocare consilium, et ideo forte, quia de hoc dubitari potest, ad maioris cautelam convocari posset per duos electos et per cetum reverendissimorum cardinalium. Et tunc dicit cessare omnem dubitationem.

Attamen, accendendo ad ius divinum et *Sacram Scripturam* conformado se primitive Ecclesie et illi consilio generali, de quo habetur *Actus* 15, ubi nullam fuit auctoritativa seu iuridica convocatio, cum tamen Petrus esset superior, qui non legitur, nec presedis, sed Spiritum Sancto et caritativa concordia: *convenerunt Apostoli et seniores videre de verbo hec*. Et Iacobus tulit sententiam et omnes approbaverunt dicentes: *visum est Spiritui Sancto et nobis*. Et utinam sic fieret in presenti dubio.

Sed cum non fiat, nec sit in potestate simplicium fidelium ut fiat super hoc declaratio iuridica in foro iudiciali exteriori et contencioso, recurrendum est de necessitate salutis ad forum conscientie pure denudate et expurgate omni affectione carnali, patriali etc., credendo secundo testimonio cardinalium in sua libertate positorum, quod tamen est credendum de necessitate salutis. Ex quo testimonio aparet securius esse adherendum secunde electioni quam prime. Forum namque conscientie preferendum est foro contencioso ipsis dissentientibus, sicut iudex qui scit aliquem innocentem in foro conscientie et probatur nocens in foro contencioso taciens habet dimittere condemnare quam iudicare, sed probata innocentem non condemnando. Et si omnia dubia possent fieri certa in foro conscientie, non oporteret recurrere ad iuridicas declarationes in foro contencioso exteriori, sicut “si omnes essemus amici, non indigeremus iustitia.”

Et ideo, pars adversa illud testimonium negat omnino et indifferenter hesitant. Et illud idem de quodam alio eorum testimonio, quo dicunt quod “quamdiu fuerunt Rome, fuerunt in metu et sub impressione”, in negatione istorum testimoniorum stat primus predictorum scriptorum

5–6 sed — dicendum] quid possunt cardinales secundum istum nota *add. in marg. P1* 22 quod] proband. *scr. sed del. P1* 24–31 forum — iustitia] *in marg. inf. P1* 27 quam] *e. scr. sed del. P1* 32 ideo] tam *scr. sed del. P1* negat] *iter. P1* 34 rome] fuer. *scr. sed del. P1*

scribentium de hac materia, scilicet CANCELLARIUS FLORENTINUS se arreatat sive fundat in hesitatione secundus, scilicet dominus THOLETANUS, per cuius dicta aliqua discursum est magis quam per dicta alterius primi scribentis, scilicet CANCELLARII FLORENTINI, ex
 5 cuius dictas possunt adhuc alica tangi.

|| Restat igitur redire ad aliqua dicta primi scriptorum. Unde, inquit, “vos vero patres venerabili, ut littere vestre testantur, super quo vobis credendum est, confitemini ut littere vestre testantur ad apostolatus apicem hunc Barrensem Archiepiscopum elegisse. Fundata est in sede
 10 sedentis intentio, in quo non negat vestra reverentia consensisse, sed metum huius causam pretenditis hoc ostendere vos oportet.” Breviter hic dicendum quod ipsos habuisse metum et ex metu elegisse. Per testem alios quam per se ipsos probare non possunt, nec ostendere aliter quam per propria iuramenta, litteras et sigilla, que multitudini fidelium et
 15 cuicumque non male affectio contra ipsos et nimis affecto parti adverse debent. Ymo probatur loquendo in hoc eis credendum est de necessitate salutis.

P1 271v

Item, subdit iste scriptor: “Circumspicite diligenter, o occulatissimi patres, et prudenter advertite an ad tantum et tale inceptum, quantum
 20 est hoc, ista metus assertio de iure sufficiat et ex ea opinioni fidelium satisfiat.” Et sequitur ad propositum contra cardinales “Et ex eo maxime, quia non videmini tantum vestre cause confidere, quin hoc paretis vestris Britonibus, marte iudice disceptare”, et reliqua, ut supra. In hoc, iste scriptor falsum imponit dominis cardinalibus, videlicet quod
 25 ad impugnandum primum electum seu deponendum et cassandam electionem huiusmodi via facti, homines armorum paraverint. Hoc enim hac de causa minime fecisse, eos constat scientibus, sed tantum pro sua securitate contra Romanos et eorum complices Ytalicos, quos habebant verisimiliter dubitare. Nam, si contra primum electum persequendum
 30 hoc fecissent ut fide dignorum testimonio illis temporibus in Anania, referebatur gentes armorum que erant pro collegio cardinalium tuendo primum electum corporaliter cepissent et ad Ananiam adduxissent ad collegium cardinalium personaliter in quodam viaggio eius, scilicet primi electi detibuiti*, nam ad Romam eis revelatio, sed cardinales hoc minime
 35 voluerunt. Ex hoc clare patet ipsos cardinales ex metu et pro securitate precise contra eorum hostes ac defensione armorum homines habuisse et “ad vim vi repellendam”, prout de iure licet.

1 florentinus] in hesito *scr. sed del. P1* 6 restat] Cancellarius Florentinus
 add. in marg. P1 23 disceptare] disseptare P1 26 armorum] nam ut resi.
scr. sed del. P1 paraverint] sed *scr. sed del. P1*

Ex alio quoque facto apparet huiusmodi homines armorum non fuisse congregatos nisi pro tuitione collegii precise, non pro aliquem invadendo, nam cum semel quidam capitaneus vocatus dominus BERNARDUS de aula, miles cum non nonnullis Gallicis armatis veniendo Ananiam ad
 5 cardinales vellet transire quendam pontem transtiberinis supra Romam, et Romanos obvios habuisses armatos non habens in commissis a cardinalibus contra eis bellum facere, quovis modo rogavit Romanos dulciter dictus miles nomine suo et suorum, quod eum transire dimitterent, acque suos, et quod eis nullum multum vellet, inferno ipsis
 10 vero nolentibus acquirere suis precibus, oportuit pugnare, et situs solitum est esse bellorum eventus esse, varios fuerunt Romani victi et in fugam conversi. Itaque preparatio armorum, quam fecerunt cardinales, est magis signum impressionis, quia timentes Romanos, hanc pro securitate fecerunt, quam sit signum voluntatis active pugnandi; nulloque modo
 15 est signum dubietatis in causa sua, sicut adversarius scriptor predictus eis imputare videtur.

Sed videat iste et consideret iste scriptor, qui dicit in hac re cardinales marte iudice disseptare, quod verum non est, ut patet ex precedentibus. Consideret, inquam, quo FLORENTINI sui absque alico metu eis illato aut
 20 verisimiliter inferendo insultu quovis eis aut patere eis subicte distanter a territorio suo, nec pro tuitione Romanorum fit* premi electi, quia opus non erat, sed ad expugnandum positive gentes collegii gentes armorum levaverunt, et stipendiaverunt ad longum tempus societatem Sancti Georgii nominatos, qui post de facto de Roma accedentes versus
 25 Ananiam gentes Ecclesie expugnaverunt, omnes spoliantes, et capitaneos captivam isti, inquam, FLORENTINI, sui magis dicendi sunt in hac re marte iudice disseptare, et per consequens, non confide in iustitia cause suo, pro ut mirus apparenter, ymo inapparenter arguit predictus scriptore contra cardinales.

30 Postera tangit de consilio concorditer cum domino THOLETANO, ad quod consilium solum dicit pertinere cognoscere de electione Pape, et de oblatione huius consilii cardinalium facta, et de refutatione, super quo dicta sunt aliqua ad THOLETANUM, idcirco hic obmitto. Imponitque iterum cardinalibus, obmisso consilio, et recursum ad arma super, super

7 contra] *sup. lin. P1* 8 dulciter] *in marg. P1* 14 quam sit signum] *iter. P1*
 16 imputare] *p. c. in ras. P1 ; dub. P1* 17 sed] *tangatur hic de communia* Sancti Georgii etc. add. in marg. P1* iste²] *iter. P1* 19 inquam] *sup. lin. P1*
 illato] *nec scr. sed del. P1* 20 eis¹] *sup. lin. P1* 27 disseptare] *et non scr. sed del. P1*
 32 refutatione] *refutione P1 ; et scr. sed del. P1*
 34 obmisso consilio] *p. c. in marg. P1 ; obmissionem consilii a. c. P1*

quo dictum est quod false imponit.

Uterius inponit cardinalibus deceptionem passivam seu quod per
 primum electum decepti fuerunt, dicens sub hiis verbis: “et cum eum,
 quem putabatis renuntiaturum elegeretis vos acceptando deceperit. O,
 5 vana hominum consilia et cogitationes inanes! Si ob metum electus
 fuerat, renunciationi locus non erat, utpote quia talis de iure nulla
 fuisset et iuri quod non competit, non potest per renuntiationem
 rationabiliter derogari.” Hic potest econtra dici: o, vana hominum
 10 argumenta et allegationes inanes! In temate enim cardinalium etiam
 “elegerunt BARTHOLOMEUM BARRENSEM Archiepiscopum in Summum
 Pontificem sperantes eum talis conscientie quod electionem huius
 nullatenus acceptaret”, puta quia sciebat ipsam esse violentam et
 meticulosam, quam acceptando non cardinales, sed seipsum deceperit.
 15 Vanum est igitur argumentum suam inanis et allegando cum cardinales
 non dicant se putasse ipsum esse talis ut esset renunciaturus electioni,
 sed dicant ut non esset acceptaturus, que multum differunt et ipsa
 capere pro eodem est cogitatio inanis.

|| Quod autem iste primus scriptor imponat cardinalibus affectionem
 20 patrialem patet ex quibusdam dictis in sua *Epistola* predicta. Unde
 inquit sic: “non est contentio quod iam electus quique in omnem oculis
 Pontificum exercuit et exercet, Papa verus non sedeat, sed quia Ytalicus
 est, controversia tota fervet. Si Gallicus quidem fuisset, nullus fingeretur
 25 metus, nulla prosus allegaretur impressio; incoacta fuissent vota libera
 penitus in eligendo suffragia. Concordarent utique leges, divinaque
 humana iura faverent. Concordarent textus et in huius nationis nomine
 cuncti Canones consentirent.” Ecce que clare imponit cardinalibus
 affectionem patrialem.

Sed quod ipse huiusmodi affectionem patrialem, patet ex sue epistole
 30 supra scriptione, in qua exipit cardinales Ytalici a sua scriptura tamquam
 non reprehendendos in dicendum, et tamquam innocentes. Unde inquit
 suprascriptio: “cardinalibus Ultramontanis cuncta fidelium multitudo” .
 Et infra: “Christi quidem vicarium dicimus, quia ex quo per vos,” scilicet
 Ultramontanos, “et alios patres cardinales,” scilicet Yalicos, “electus
 35 assumptus, coronatus ornamentis pontificalibus redimitus” etc. Ecce

P1 271^{bis}_r

8 hic | hicic P1 15 inanis | in marg. P1 21 oculis | sedeat scr. sed exp.
 P1 22 exercuit | excercuit P1 exercet | excercet P1 25 suffragia |
 suffragia P1 29 sue | suo a. c. P1 33 infra | Christum scr. sed del. P1

quod in hiis que non reprehensibilia reputat Ultramontanis, Ytalicos convivere* non in aliis.

Posset dici quod non scribit Ytalicis, quia nec illi ponuntur in declaratione antequam dictus scribens; respondens, hec non valet, quia
5 secunda electio venit ad notitiam scribentis ante finem scripture etc.

|| Sed quomodo affectio patrialis in hoc eum decipiat, patet, nam et Ytalicos cardinales constat fuisse complices; non dico ‘complices’,
quia male sonat, sed participes et concordantes secunde electionis, et ad illam celebrandam advenisse et conclave !!!royssse constat, et qui vidit
10 testimonium peribit. P1 271^{bis}_v

Istud autem factum secunde electionis inter cetera reprobatur dictus scriptor, dicens infra ultra mentem sue *Epistole*: “Dum autem hec scriberemus, detestabilis fama, ymo infamis infamia, deinde nuncius certior advolavit unum ex vobis, videlicet dominum GEBENNENSEM, in
15 Papam, ymo verius in antipapam, ut proxime elegisse, in qua re, quam sunt prostrata corda fidelium dicere non valemus.”

Et circa finem *Epistole* de inconvenientibus huius processus, loquens inquit sic: “Malum fuit per metum electione Summi Pontificis celebrare; peius confirmare iam factam; pessimum autem exhibere reverentiam
20 confirmato. Turpe fuit non verum pontificem tamquam Christi vicarium fidelibus exhibere; annuntiare turpius; turpissimum autem rei veritatem, cum taciturnitate tanti temporis occultare. Periculosum fuit in sedem intrudere pontificem pontifici inculcare.” In hiis omnibus, etiam in ultimo, quod periculosissimum reputatur constat cardinales Ytalicos
25 affuisse, quos tamen excipit a suis litteris reprehensivis, etc. affectione, supple patriali, nulla alia ratione.

|| Duodevigesimum folium.

P1 272r

Multaque alia in epistola sua sunt que rationabiliter reprehendi possent, quia, sicut in multiloquio, ita in multiscribio, non deest
30 peccatum, maxime cum ex inordinata affectione procedunt verba vel scripta. Sed pro nunc reliqua dicta sua gratia brevitate obmitto et transeo ad quandam aliam scripturam quodam hesitantium de testimonio cardinalium, scilicet quod per metum elegerunt, alias non

1 ytalicos] rep. scr. sed del. P1 9 illam] allam a. c. P1 13 nuncius] muncius P1
14 dominum] p. c. P1 22 fuit] sup. lin. P1
27 duodevigesimum folium] in marg. sup. P1 28 multaue] si omnes essent amici, non esset opus iustitia, sed omnes essent informati sufficienter de aliquo in foro conscientie, non esset opus iuridica declaratione contradicentibus, namque his foris standum est primo add. in marg. sup. sed del. P1 ; sicut istum constat affectione patriali quomodo imponit aliis, ut patet, tange add. in marg. P1 32 quodam] in marg. P1

facturi. Et quod quamdiu fuerunt Rome, in metu et sub impressione
exciterunt, et est scriptura seu epistola, littere vel littera quedam
BONONIENSIS studii responsiva regi Francie seu eius litteris, scilicet
KAROLI V, patris, regis presentis, cuius aliqua dicta hic sunt pro nunc
5 recitanda et aliquid tangenda.

“Illustrissime et serenissime domine etc. Firma fide tenemus quod vos
tamquam Christianissimus pura mente soloque fidei zelo vera reputando
que nobis domini cardinales scripserunt per ora quorum verbum mendax
eructare non debet presertim de tanta re de qua non est agendum segnius
10 requiritis a nobis ut vobis facti conformes electo primo, velud intruso
dimisso* secundo velud canonice electo veroque Pontifici cordialiter
habeamus.” Ecce petitio.

“Sed ut cum reverentia loquitur semper concernat vestra prudentia
circumspecta hoc quomodo facere queamus, nam ad dominum
15 GREGORIUM per nos missi qui tunc residebant in urbe tempore moris
eius et tempore electionis de domino URBANO facte retulerunt nobis quod
licet populorum tumultus fuisset non modicus, tunc in urbe cardinales
deliberate propter eorum discordiam aliquam de collegio eligere non
valentes et volentes placere populo non de Romano, sicut petierant,
20 sed de Ytalico eis grato providentem, concorditer elegerunt dominum
Archiepiscopum BARRENSEM, qui Romane curie cancellarius existerat.

Quem preterea concorditer intronizaverunt et coronaverunt eidem
succedente continuitatis diebus reverentiam debitam tamquam Romano
Pontifici exhibentem ab eodem pro motiones et gratias, tam pro se,
25 quam pro suis, sine dubitatione vel metu cotidie postulantes.

Unde et nos qui sumus Ecclesie Romane Ecclesie dump-ti funiculo
colligati misimus ad eum ambayssatores nostros ad debitam reverentiam
illi vice huius populi exhibendam, et, ut est morum, aliqua ab eo
impetravim arma sua in presentis meniis et palaciis depingi fecimus
30 episcopum nostrum ab eo creatum suscepimus quem preterea cardinales
et legatum in domo habemus.

Vidimus vicinos nostros illud idem facere, vidimus Apulie regionem
mittere legatos et sub-si-m* gentium armorum, vidimus Alemannos
et Ungaros peregrinari ad illum in multitudine copiosa. Transierunt
35 hac legati inperatoris et regis Hungarie, qui nobis salutationes ex

1 quamdiu] Rome *scr. sed del. P1* 6 illustrissime] Bononiensis *add. in marg. P1* 9 debet] decet *a. c. P1* 13 sed] tange quomodo secundam electionem non imponit peti-* *add. in marg. P1* 19 populo] proprio *a. c. P1*
21 archiepiscopum] *p. c. sup. lin. P1* ; episcopum *a. c. P1* 22 quem] 2 *add. in marg. P1* et] *con. scr. sed del. P1* 23 tamquam] continuatis di. *scr. sed del. P1* 26 unde] 3 *add. in marg. P1* 32 vidimus¹] 4 *add. in marg. P1*

parte dominorum suorum fecerunt, qui inerunt Romam pro reverentia eidem exhibenda, ut vero Pontifici, et pro promovendis negotiis eorumdem. Nullusque rumor contrarius adhuc pervenerat usque ad mensem septembribus, quo domini cardinales recedentes ab ipso dixerunt
 5 se illum elegisse per metum.

Quo preterea rumore prelato recepinus ambayssatores et lirtas bone memore domini KAROLI Imperatoris suadentis nobis quod dominum URBANUM teneremus pro vero Romano Pontifice, et quod hoc idem habuerat a maiori parte cardinalium, et singulariter a domino
 10 GEBENENSEM consanguineo suo.

Ambayssatores etiam regis Ungarie, scilicet dominis Archiepiscopus COLACENSIS, missus ad dominum URBANUM fuit hic ad nos, et similem sermonem nobis ex parte sua exposuit. Sunt et alia confirmantia, que permisimus obmissa, si lentio ne regias attenderent sermone prolixo.”
 15 Ad propositum sequitur conclusio. Et cum quo honore* mundano.

“Concernat igitur nunc vestra serenitas, cum qua conscientia possumus facere quod petitur per eandem, nisi forsan prius aliter contingeret canonicè declarari. Et ideo, quia fideles Christiani simus et Ecclesie devoti filii declarationem catholicam quam tenere debet quilibet
 20 fidelis proculdubio sine dubio sine scismate, si beatissime sequeremur, igitur maiestatem vestram precamur humiliter quatinus nos in hiis excusatos habere dignetur scientem pro certo quod in omnibus que non concernunt salutem anime, sed statum mundanum et fortunas vestras concernerent subicemus nos semper regie maiestati quam et personam
 25 vestram ac statum optamus incolumes feliciter permanere per tempora longiora. Scriptis Bononie” etc.

Hec de illa epistola.

Ista scripta quamvis sint multum reverentur dicta, tamen videntur non omniquaque communiter dicta laudant, namque credentiam
 30 cardinalibus exhibitam per regiam maiestatem, et quod illam regia maiestas iuste et rationabiliter potuit exhibere, quinyomo sancto pura mente et zelo fidei, et per consequens, commodo eius adherentiam et obedientiam secundo electo. Et tamen dicunt se salvis conscientiiis non posse adherere, nec, per consequens, posse salva conscientia
 35 testimonio cardinalium de impressione induerente*, ymo preveniente et

2 exhibenda] exhibenda P1 6 quo] 6 add. in marg. P1 11 ambayssatores] 7 add. in marg. P1 14 attenderent] attediarent P1 15 et — mundano] alio atramento P1 16 igitur] vestra scr. sed del. P1 20 sine scismate] in marg. P1 28 quamvis] inpo. scr. sed del. P1 31 pura] pira P1

concomitante primam et electionem, communiter durante per tempus, “per ora quorum”, ut fatentur, “verbum mendax eructare non debet presertim de tanta re de qua non est agendum segnius.”

De confirmatione per Ungaros inter quos nullum est famosum
 5 studium scientiale, specialiter in iure dubitat, in quo Bononia videre
 famaturam* de hoc quod dicunt concernat serenitas vestra cum qua
 conscientia quamussums* etc. Quam sic facile regi respondere satis
 potest aparere de meliori fundatione conscientie regie et de relatione
 redditus Bononiensem ad vestram Romanam Ecclesiam, etc.

10 || Presumendum est igitur etiam secundum ipsos sic scribentes quod
 nec per era cardinalium verbum mendax eructat aut eructavit, cum de
 quolibet presumendum sit bonum, nisi contrarium appareat manifeste,
 ut sepe allegatum est. Et per consequens, fide digni credibiles seu
 credendi sunt reputandi, igitur illis credendum esse videtur. Igitur,
 15 presumens illis esse credendum et non credit, agit contra conscientiam,
 sicut credens elemosinam dandam pauperi per nunc et non dans tempore
 et loco oportunis, agit contra conscientiam, et sic ipse tunc scribentes, ut
 supra, repugnanter concludunt dicentis “concernat nunc vestra serenitas
 cum qua conscientia possumus facere quod petitur per eandem”, in quo
 20 implicate satis notant quod salva conscientia pars bona et rean* regia
 seu quam rex tenet ad relationem cardinalium teneri non potest, cum
 conscientiarum contrariarum necesse sit alteram non esse rectam.

P1 272v

Et quod conscientia regia videatur in hoc casu esse recta et melius
 fundata quam conscientia sic scribentium, patet ex motivis eorum ad
 25 suam adherentiam inductis, que inducere videtur magis multiplicare
 inconvenientia quam probare. Primo enim inducunt testimonium suorum
 legatorum Ananie* missorum ad dominum GREGORIUM, qui tempore
 illius electionis domini URBANI in urbe Roma personaliter existebant
 referentium, quod licet Papa qui tumultus necnon modicus tunc in
 30 urbe, cardinales deliberate propter eorum discordiam alique de collegio

1 electionem] *sup. lin. P1* 3 segnius] concludatur adulatio quedam est*
 contra conscientiam propriam *add. in marg. P1* 4-9 de confirmatione — etc.]
in marg. inf. P1 10 presumendum] quid esset fiendum si omnia iura humana
 essent deleta de libris et memoriis hominum, sola ratione naturali et iure divino
 restantibus, sicut erat et fuisset in statu innocentie etc. *add. in marg. sup. P1*
 iura^{ad} presumendum] *ess. scr. sed del. P1* sic] *sup. lin. P1* 11 eructavit]
 erunctavit *P1* 12 bonum] et per con. *scr. sed del. P1* 14 igitur²] *iter. sed del.*
P1 16 per nunc] *in marg. P1* 19 in quo] hic conclude adulationem contra
 conscientiam *add. in marg. P1* 20 bona et rean*] *sup. lin. P1* 26 primo]
 in hiis non obmittatur articulus partis ac Philosophus etc. omnia c consonantur *add.*
in marg. P1 27 tempore] *dm. scr. sed del. P1* 29 quod] *iter. P1* ; in
 cardinales *scr. sed del. P1* necnon] *p. c. sup. lin. P1* ; non a. c. *P1*

concorditer eligere non valentes et volentes placere populo non de Romano, sicut petierunt, sed de Ytalico eis grato providerunt, et elegerunt concorditer dominum archiepiscopum Barrensem, qui Romane curie cancellarius existerat. Cardinales vero dicunt ipsum elegerisse metu
 5 mortis eis comminate per Romanos terribiliter cum tumultum quem satis fatentur predicti legati, alias non facturos, quibus a quolibet indifferenti et non affectato, nisi veritati multo magis credendum est quam predictis legatis. Quid enim scire possunt legati qua intentione cardinales sic egerunt? Certum est enim quod hoc scire non possunt, nec
 10 per consequens, fide digne testificari, nisi Deus et cardinales. Quod autem ulterius dicunt predicti legati quod hoc fecerunt cardinales volentes placere populo, queritur quare volebant placere, non quia in aliquo eis tenerentur placere, nec quia sperarent ad bonum ab eis prepararent in futurum, sed precise ad evadendum periculum, quod clare credebant eis
 15 imminere, et sic testimonium cardinalium est multo verisimilius quam testimonium legatorum prefatorum, neuter parti affecto et cuilibet rationabiliter iudicanti amore veritatis, non personarum acceptione, sicut Philosophus iudicare docebat dicens quod “duobus existentibus amicis sanctum est prehonerare veritatem”, et ipsemet hoc observabat,
 20 dicens: “amicus Socrates, sed magis amica veritas”. Et iterum, ad eius dictum eius potest induci quod eodem libro habetur quo dicitur quod “unusquisque bene iudicat de hiis et horum est bonus iudex.” Et per consequens, bonus testis et fide dignus, cum testificatur de hiis que novit et preferendus cuicumque testi iudicanti de hiis que non novit, scilicet
 25 de aliena intentione; sic est in proposito de cardinalibus et legatis in quorum uno testimonio, scilicet cardinalium, fundatur conscientia regia, in aliorum vero conscientia scribentium etc.

Deinde allegant sic scribentes: actus subsecutos electionem predictam, coronationem etc., de hiis tactum est quod fuerunt facti cardinalibus ex
 30 existentibus sub impressione et secundum viam vel conclusionem unam, scilicet tertiam domini PICTAVENSIS, etiam si fuissent libere facti primo electo, nullum ius dare potuerunt, quinimo nec etiam electio iterata libere hoc potuit, nec nunc posset, ut dictum est supra.

Deinde, vero allegant predicti scribentes actus suos quos fecerunt
 35 puta quod miserunt ambayssatores ad reverentiam exhibendum, impetrandum quod arma sua, scilicet primo electi in locis depinxerunt

2 grato] grate *a. c. P1* **11** ulterius] non fuit amor, sed t† causa huius *add. in marg. P1* **15** imminere] *p. c. in ras. P1* **18** philosophus] docere *scr. sed del. P1* existentibus] *sup. lin. P1* **19** amicis] *p. c. P1* **31** facti] facto *a. c. P1* **36** sua] loc. *scr. sed del. P1*

etc. quod viderunt sic facere vicinos etc. multaque nullo modo probant
 predictum electum habere ius in papatu, sed potitis ipsos et alios talia
 agentes fuisse deceptos, ignorantes rei veritatem, quam postmodum
 per eorum testimonium qui eam scire et veritatis poterant testificari
 5 scire potuerunt et debuerunt, scilicet per cardinales, nec debet pudere
 quamquam suum errorem corrigere veritate comperta.

Quod vero dicunt de domino Imperatore, qui scripsit eis quod
 tenerent primum electum, et quod hoc habuerat a maiori parte
 cardinalium, etiam a domino GEBENENSE, facilis est responsio. Nam
 10 a cardinalibus adhuc existentibus sub impressione in Roma predictus
 primus electus etiam contra morem, ut scriberent, huius electum esse et
 verum Papam esse, et terrenis principibus, et maxime sibi notis, et per
 consequens, nec ista scriptura, sic nec alii actus sequentes electionem sic
 electo per metum precise et taliter electionem consentienti ius dare non
 15 poterunt in papatu. Et ex hiis sufficienter evacuantur omnia inducta
 per eos et similia induci possibilia.

Et sic apparet conscientiam regiam conscientia sit scribentium melius
 fore fundatam et securius attentam, maxime principali conclusione huius
 articuli, que est quod in foro conscientie, quilibet catholicus tenetur
 20 credere testimonium cardinalium in hiis que tangunt necessario veritatis
 notitiam sciri necessariam in hac casu que aliunde, nisi per eos sciri non
 potest, ut magis explicite tangitur in quadam ratione tertio folio huius
 sisterni, secunda pagina, in primo, videatur ibidem. Et sic dictum sit
 ad sit scribentes pro nunc.

25 Reversi sunt post ad obedientiam maiorum ut THOMAS, quam
 maiorem asserentem fide confirmationem GREGORII.

|| Undevigesimum folium.

P1 273r

Sequitur quedam alia scriptura contra partem cardinalium et
 veritatem, prout pro me puto. Et est copia quarundam que intitulantur
 30 “Littere per regem Anglie cardinalibus misse”.

“Universi Christi fideles suo Sacro karactere insigniti supra petram
 fidei sic fundati ut manutenente domino et nostre sancte fidei irrigante
 radicem nullo turbine heretice scismatice extirpari poterimus ac everti,
 etc., prout nobis scribitis, miseratione divina olim cardinalibus, ymo

4 testificari] *sup. lin. P1* 8 maiori] *maioro a. c. P1* 10 a] *sup. lin. P1*
 12 et¹] *hoc alii et max. scr. sed del. P1* 13 nec¹] *sup. lin. P1*
 21 in — casu] *sup. lin. P1* 24 nunc] *adducatur hic illa ratio add. in marg. P1*
 25–26 reversi — gregorii] *in marg. inf. P1* 27 undevigesimum folium]
in marg. sup. P1 31 universi] *Anglici etc. add. in marg. P1*

verius divina super vos maledictione fulminante, lupis rapacissimis, totius gregis Christi inuasoribus ac vulpibus callidissimis vineam Domini Sabaoth cupientibus demoliri, non salutem, sed languorem, non gaudium, sed merorem, et indui, sicut disployde, confusione vestra.”

5 Ecce principium seu salutatio, sequitur narratio.

“Tenor insipidus litterarum vestrarum, quas, instigante dyabolo, per universas Christianitatis provincias temere destinastis, corda et intima
10 queque nostra saucians, non umquam fidei nostre lesionem intulit, sed
piam cordis compassionem de tam horrendo scandalo in Ecclesia Dei
noviter suscitato. Verumptamen ve vobis per quos scandalum venit. Nam
pallida facta est sancte matris Ecclesie facies ex errore vestri sceleris
inauditi, qui putabimini esse divine legis vulgatores seu promulgatores,
etc.

O vestra detestabilis ambitio, que tunicam Domini inconsutilem,
15 scindere nititur et partiri, que divisionem non patitur, sed congaudet
potius unitati. Servi nequam ex ore vestro iudicandi, modum electionis
summi Pontificis nuper celebrate nobis per litteras vestras declarastis,
dicentes quod conclavem vestrum violaverit armatorum indomita
multitudo minas vobis facientes terribiles, nisi eligeritis Ytalicum aut
20 Romanum, nullam tamen vobis limitando personam ad quam vos
compellerent eligendam.

Manifestum est igitur quod pro personam quam vos dicitis elegeris,
elegistis libere, non coacte. Et sic, quoad personam tunc a vobis
electam, tenemus et tenebimus firmiter ipsam electionem fuisse et esse
25 rite et canonice celebratam, et ipsi electo, intronizato et coronato, ut
sacrosancte Ecclesie vero capiti, successori Petri et in terris vero Christi
vicario fideliter adheremus, et ipsius monitionibus, dictis et factis, ut
veri fideles et catholici, humiliter promittimus obedire.

Vestram perniciosam rebellionem et sacrilegam ac hereticam
30 contumaciam, in exemplum dampnabile non trahentes, detestamur,
insuper vestram verecundiam, qui cum in acie Ecclesie sitis constituti,
velud pugiles et etiam propugnatores orthodoxe fidei Christiane et
ecclesiastice libertatis, capellos rubeos in capitibus comportantes ob
signum firmitatis et audacie usque ad mortem certare deberetis.
35 Quomodo metus mortis vos invasit et devicit ut perire iustitiam sineretis?

11 sceleris] scebe. a. c. P1 12 legis] sup. lin. P1 15 sed] potius
scr. sed del. P1 16 servi] ad propositum narratio facti add. in marg. P1
17 nobis] nuper scr. sed del. P1 18 conclavem] vestram scr. sed del. P1
22 manifestum] argumentum contra unicum add. in marg. P1 28 obedire]
obediri a. c. P1 ; inquitur Anglici scr. sed del. P1

Quomodo, qui columnas Ecclesie vos nominatis, facti estis infirmi et debiles, ut nec tectum sustinere potueritis? Sed dicetis fortasse ad excusandas excusationes in peccatis quod Petrus petra fidei et post Christum, primum Ecclesie fundamentum, ad vocem ancille ostiarie
 5 expavescens, ipsum Christum detestando et iurando negaverit; cuius infirmitatis vos estis sequaces et participes. Genimina viperarum, si amaram gustatis herbam, gustetis cum Petro ad confessionem unum verbum. Ne vestra detestabilis obstinatio Iude proditoris vos participes efficiat et consortes.” Et sequitur.

10 “Verba vestra que iudicandum in vestris litteris sapere videntur pietatem et zelum domus Dei satis perpendimus quod Phariseorum fermento condita fuit, a quo cavere in Evangelio suos precipit dominus Ihesus Christus. Locus quem elegistis vestris sceleribus preparandis ydoneum ostendit clare verum caput Ecclesie reliquisse”, etc. Ad hec
 15 inducunt illud *Psalmi fiat habitatio eorum deserta*, etc. et illud iterum *episcopatum eius accipiat alter*.

“Et comitis Fundorum claram famam vestris commendationibus denigrasse, iuxta illud SENECE: ‘laudari a turpibus est laudari ob turpia’. Animadvertite potest comes Fundorum, qui per plurimos Christianorum
 20 fines erat incognitus, quod non nomen, sed ignominiam sit consecutus, inimicos Christi et unitatis Ecclesie pacis et tranquillitatis totius Christianitatis turbatores acceptando, et ipsos in sua detestabili perfidia confovendo, cum contra Christum et populum Catholicum videatur auxilium prestitisse. Exurge, o comes, et mures de petra proicias de
 25 tabernaculo tuo fuga serpentem, et carbones sulphureos a sinu tuo excute, ne flamma inextinguibilis te exurat.”

Hec de illa epistola †.

|| Pro reprobatione sic scribentium advertenda sunt que dicta sunt supra in probatione principalis, videlicet quod credentia in tangentibus
 30 istam materiam sic necessario cardinalibus adhibenda de necessitate salutis, eo quod discredentia opposita habet secum peccata mortalia annexa, vitanda de necessitate salutis, peccatum videlicet male opinionis de proximo vel proximis, de quibus quilibet tenetur bonum opinari de necessitate salutis, nisi contrarium appareat manifeste, ut sere tactum
 35 est; et istud peccatum prave opinionis vel male suspicionis habent omnes non credentes cardinalium, etiam hesitantes de ipsorum testimonio,

P1 273v

4 ancille] h. scr. sed del. P1
 est add. sup. lin. sed del. P1
 sup. lin. P1 ; qui a. c. P1

7 petro] cum scr. sed del. P1
 19 potest] pos est a. c. P1
 13 locus]
 23 cum] p. c.

qualiter se habent indifferentes in hoc scismate, sed omnino positive discredentes magis in hoc peccant. Et quanto firmitus et pertinacius discredunt, tanto magis peccant. Unde et illi qui sunt firmiores in opione contraria vel opposita testimonii opinioni sequenti ex testimoniis cardinalium, magis peccant.

Est igitur generaliter in omnibus non credentibus testimonio cardinalium conclusio ad ea que facti sunt et que ipsi soli post Deum certitudinaliter scire possunt et testificari et super hoc informare benevolos, dociles et attentos paratos informari. Peccatum male opinionis seu prave suspicionis de ipsis cardinalibus, videlicet quod non sunt probi, iusti et veraces.

In predicantibus vero et scribentes contra testimonium cardinalium secundum et quod “metu mortis eis crudeliter comminate etc. elegrunt BAROLOMEUM, alias non facturi”, et aliud, quod “quamdiu fuerunt Rome, fuerunt sub impressione”, incurrunt ultra peccatum male opinionis vel prave suspicionis peccatum detractationis et diffamationis proximorum suorum, et asserentes pertinaciter huius testimonia esse falsa incurrunt peccatum criminationis seu criminationes seu criminum impositionis equivalenter dicentes communiter quod sunt falsi testes, saltem inferri potest, et hoc peccatum incurrere videtur CANCELLARIUS FLORENTINUS dicens, recitato secundo testimonio cardinalium in Anania, subdit: “attendite patres reverendissimi ista quam tenuiter affirmatis” etc. et consequenter initur probare illud testimonium esse falsum

Tot mendacia succurrisse quis nobis consentiat.

Dominus vero TOLETANUS videtur solum incurrere peccatum prave suspensionis seu male opinionis seu hesitationis. Non enim negat expresse et determinate testimonium cardinalium, sed dicit illud testimonium reddi dubium ex hiis que proponit primus electus facta libere per cardinales post primam electionem cessante tumultu, et per consequens, opus esse iuridica declaratione per consilium, aliter arbitrarie declarari audita parte, scilicet pro electo, de quo dicit quod, “etiam si esset dyabolus de inferno, sibi non debet audientia denegari”, scilicet iuridica. Nec sufficit sibi certitudo que potest haberi in foro conscientie sufficiens ad salutem saltem simplicibus fidelibus.

Et michi simplici fidei iuris ignaro beneficit esse informatum in foro

4 testimoniis] testimonio a. c. P1 5 cardinalium] q. scr. sed del. P1
 6 est] Bononienses add. in marg. P1 10 suspicionis] suspicionibus a. c. P1
 20 cancellarius florentinus] iter. in marg. P1 22 reverendissimi] quam scr.
 sed del. P1 25 toletanus] iter. in marg. P1 26 enim] sup. lin. P1

conscientie. Unde si omnia iura mundi humanitus condita, tam civilia quam canonica, essent deleta de libris et de memoriis hominum nullusque ordo iuridicus secundum iura positiva humana institutus remansisset inveniriis et restarent solum ius divinum, indelibile, immutabile et
 5 recta ratio naturalis, adhuc ista sufficerent ad tollendum perplexitates omnes in hiis que sunt necessaria viatori ad salutem. Unde propheta dicendum: *cogitavi vias meas et converti pedes meos, ut custodiam mandata*, et sequitur ad propositum: *funes peccatorum circumplexi sunt*, id est perplexitates in necessariis ad salutem, *et legem tuam non sum*
 10 *oblitus*, scilicet legem divinam per quam huius perplexitates sufficienter dissolvuntur. Et specialiter perplexitas huius casus sufficienter dissolvitur in foro conscientie per credentiam dictorum testimoniorum cardinalium absque alia iuridica et contenciosa declaratione. Contenciosa dico, si enim adherentes omnes primo electo sint tales quales Anglia per supradictas
 15 litteras esse se demonstrant, verba TOLETANI, quis dyabolus faceret ex talibus consilium generale. Nam non solum essent contenciosa verba, ymo forsitan verba et mores sequi possent.

Unde respondent sic: “Manifestum est igitur quod personam quam vos elegeris dicitis, elegistis libere, non coacto. Et sic, quoad personam
 20 tunc electam, tenemus et tenebimus firmiter ipsam electionem rite et canonice esse facta, et ipsi electo, intronizato, coronato ut sacrosancte Ecclesie capiti, successori Petri et vicaris, vero Christi vicario fideliter adheremus, et ipsius monitionibus, dictis et factis, ut veri fideles catholici, humiliter promittimus adherere”. In quibus verbis multa apparenter
 25 protestatio, conditio seu oblatio de stando iudicio consilii generalis, et per consequens, illud nolunt et equivalenter respondent, et per consequens, si fieret, non venirent ad illud. Confirmatur, quia ultra oblivionem consuetam et ordinarie habendam et que de iure status sui debetur a fidelibus summis Pontificibus qualem ex erronea opinione credunt isti
 30 esse primum electum, se sponte obligant promittendo et equivalenter vovendo se sibi obedientiam exhibituros, et per consequens, obligant ad novum peccatum, si non obedirent et periculo conscientie se exponunt et dampnationis ex obstinatione et rancore magno, ut eorum videntur

2 hominum] *sup. lin. P1* 3 humana] *sup. lin. P1* 6 sunt] *sup. lin. P1*
 ad] tangatur quod verisimilius est alios adherent esse obstinaciosius quam Anglicos
add. in marg. P1 14 tales] *ut scr. sed del. P1* 15 verba toletani] *in marg. P1*
 18 unde] utinam Anglici essent proprio, Ytalici propinquitate patralis,
 fiter* sunt opinione papali etc. *add. in marg. P1* respondent] *p. c. P1 ; dub. P1*
 sic] *sup. lin. P1* 19 dicitis] *sup. lin. P1* elegistis] *non libere scr. sed del. P1*
 27 confirmatur] detestationem apostasiam u† etc. *add. in marg. sed eras. P1*
 32 periculo] *se scr. sed del. P1*

verba sonare, de quibus infra, verte folium sequens.

Anglici tamquam alicui pape quantumcumque pacifico tam firmiter adhererunt.

|| Vigesium folium.

P1 274r

- 5 Premissa conclusione quod credentia adhibenda cardinalibus de
necessitate salutis eo quod discredentia vel discredere cardinalibus habet
annexum peccatum diffamationis eorum de fallacitate, mendacitate,
maliginitate et voluntate subvertendi totam Ecclesiam et decipiendi
10 totam fidelium multitudinem conspiracy contra Romanum ac
summum Pontificem et apostasie per recessum ab eodem, et electionis
iniuste alterius capitis, prout notant littere Anglicorum, que sunt
precedentis* scripturis in hac materia contrariis cardinales magis
diffamative. Nam alie scripture satis notant incredubilitatem et in
15 ipsis, mendacitatem et fallacitatem, puta *Romantium* Parisiensem,
THOLETANUS, CANCELLARIUS FLORENTIE et Bolonenses, et sic Anglici
gravius peccant mortaliter, quia in graviora verba diffamationis
prorumpunt, que non est verisimile de conscientia ac consensu, Regis
Anglie processisse cum de sanguine Christianissimorum regum Francie
20 traxerit originem, prout bella regnorum diuturna pro dolor satis notant.
Quantum autem sit peccatum male suspicionis de proximis et de
peccatis gravibus et gravissimis, et de personis notabilis et reverendis,
ymo reverendissimis, usualiter nominatis, non est difficile videre. Gravius
quoque est tales personas super talibus criminibus diffamare et cum
25 verbis criminosis, ymo iniuriosissimis, que de solis reprobis vel adeo
reprobatis et scitis talibus sunt dicenda, ut est vocare tantos viros
“Genimina viperarum” etc. Sicut Christus talia legitur dixisse de illis
tantum quos sciebat reprobos, simplex quique diffamatio de criminibus
est magis grave peccatum quam furtum aut rapina, cum *melius sit nomen*
bonum quam divitie multe. Unde quanta cura sit bona fama servanda
30 tangitur in primo sisterno huius voluminis, cum legitur de purgatione
prestanda per gravitatis diffamatis et quanto plus est servanda vel
quanto maiori servanda fama ab alica persona vel multitudine propter
gradum vel gradus personarum tanto plus peccant diffamantem, ut
notum est, quia magis gravant et nocent.
35 Unde et ad videndum et sciendum qualiter peccent taliter
discredentes cardinales et suspicantes cardinales non credibiles fallaces etc.

2–3 anglici — adhererunt] *in marg. inf. P1* 4 vigesium folium] *in marg. sup. P1* 5 quod] *p. c. sup. lin. P1* ; de a. c. *P1* 6 discredentia] *illis scr. sed del. P1* 10 et²] *elic. scr. sed del. P1* 24 iniuriosissimis] *ut es. scr. sed del. P1* 29 multe] *q. scr. sed del. P1*

et diffamantes et ad aliquam eorum dictis respondendum recidendi sunt eorum scripture et ad reprobandum. Unde et Catholicis et fidelibus fas est, ymo expediens est habere scripturas infidelium paganorum ut reprobentur, ut dictis etiam sanctorum probari potest. Vide in *Dyalogo*.

- 5 Ulterius, ad videndum gravitatem peccati discredentium et crimina in hac materia de cardinalibus suspicantium, etiam si non diffament, potest tangi quod tales habent consequenter suspicari cardinales non solum non credibiles, mendaces, fallaces et deceptores multitudinis (et quanti in eis est dampnatores multitudinis fidelium, nisi per divinam
10 misericordiam ex* ignorantia invincibili etc.) et conspiratores contra supremum Pontificem et ab eodem appostantes et carere non solum, ymo fide et spe, et esse infideles et desperatos. Da enim quod per tales credantur habere fidem, tunc habent ipsos credere scire se peccasse peccatis predictis ad eo gravibus et multitudinis subversivis,
15 et per consequens, habent ipsos suspicari de venia, si non penitent vel penitere proponant, si non satisfaciant vel satisfacere proponant, et per consequens, habent ipsos credere ipsos vel saltem opinari ipsos penitentiam habituros et satisfacturos, quod rationabiliter opinari non suspicari non possunt cardinalium, cum multi eorum qui interfuerunt
20 prime electioni et secunde in Fundis iam diem extremum clausissent et morte memorata obierint in fide secunde electionis, ut facile est videre etiam Ytali cardinales, quia de Citramontanis, in Avinione existentibus post reditum curie, nolo loqui pro presenti. Quorum etiam aliqui et multum litterati viri ex hoc seculo in fide secunde electionis,
25 sicut pro nunc michi occurrit bone memorie quendam reverendissimus pater Romane Ecclesie t't' Sancti Eustachii presbiter cardinalis, dominus cardinalis Britanie bone conscientie et probus homo reputatus etc. Redeo ad Ytalicos. Primo obiit in Ytalia reverendissimus pater, dominus IACOBUS DE URSSINIS sine penitentia et merito, quia non credebatur se
30 in aliquo peccasse incredendo et procedendo ad secundam electionem factam Fundis. Reputabat namque in sua conscientia electioni factam Rome, in qua etiam interfuerat ipso facto nullam, et quod iuste sine alia declaratione iuridica procedi iuste poterat ad secundam, et ideo nec penitendum sibi, nec aliquo modo satisfaciendum videtur, nec

1 recidendi] reiddi P1 7 consequenter] sup. lin. P1 8 deceptores] s. scr. sed del. P1 8–10 et² — etc] in marg. P1 11 pontificem] et contra Sanctam Sedem add. in marg. P1 14 peccasse] et ita scr. sed del. P1
19 non — cardinalium] in marg. P1 20 clausissent] exercitum scr. sed del. P1
23 existentibus] sup. lin. P1 quorum] dominus Nemausensis qui papatu etc. add. in marg. P1 25 occurrit] sup. lin. P1 27 homo] pete de hoc add. in marg. P1 29 se] mi. scr. sed del. P1 33 iuridica] sup. lin. P1

multitudini fidelium, nec primo electo, si electo debet dici.

Infra tacetur de quibusdam cardinalibus adhesoribus CLEMENTIS VII † non fuerunt electores, nec testificatores viris probis, quinyimo sanctis etiam † miraculosa ad eo fieri optinentibus non solum post
5 mortem, sed in vita, etc.

NEMAUSENSIS, ALBINA, LUCEMBEURT.

Ponatur hec in articulo de credentia prestanda vel adhibenda cardinalibus in fine, post litteras Anglicorum.

|| Mortuus etiam in fide secunde electionis bone memorie
10 reverendissimus pater, quedam cardinalem MEDIOLANENSEM, probus multum et magne litterature in diversis scientiis, scilicet in iure, in theologia et magnus predicator verbi, et in dubiis theologie terminandus etiam, et in philosophia etiam sufficienter instructus, prout scio, quia in Anania civitate Campanie in Ytalia audiui ab ipso quendam sermonem
15 solemnissimum vivente adhuc felicis recordationis domino GREGORIO Pape XI.

Et in Roma, licet indignus, interfui quandoque discussioni aliquorum quod dubiorum erroribus impositionibus sibi ipsi* mutuo ab aliquibus religiosis, ubi predictus reverendissimus pater cum alio
20 reverendissimo patre, probo viro et multum literato, scilicet domino SANCTI ANGELI, adhuc supervivente, de quorum loqui supersedeo propter ne videar adulari, iuxta illud *lauda post mortem* etc., ubidem, inquam, presidet* dicti reverendissimi patres et aliqui episcopi et aliqui magistri in theologia, religiosi et seculari. Et audiui ibidem dictum
25 dominum quondam cardinalem MEDIOLANENSEM in dictis scientiis, etiam philosophia, scilicet metaphysica, mulum scientifice loqui. Teneo igitur pro constanti ipsum fuisse virum mulum litteratum. Et hoc melius, sine comparatione reverendissimi domini alii cardinales de probitate sua, ad eo clara erat fama vivente ipso, et adhuc, quod nulla,
30 nisi potuit, nec commune dictum in ipso locum habuit: ‘omnis iniusti vulnerat hasta nisi’.

Hic siquidem quondam pater reverendissimus MEDIOLANENSEM cardinalem obiit, ut dicitur, ubi resideo, in Nissia civitate provincie venire proponens ad dominum nostrum Papam CLEMENTEM VII et ad

2–8 infra — anglicorum] *in marg. inf. P1* 2 tacetur] *contra scr. sed del. P1*
7–8 ponatur — anglicorum] *in marg. P1* 9 bone] *iter. P1* 13 etiam²] *per. scr. sed del. P1*
13–14 prout — ipso] *del. P1* 17 quandoque] *sup. lin. P1*
18 dubiorum] *sup. lin. P1* impositionibus] *impositionis a. c. P1* 20 patre] *in marg. P1*
22 propter] *iuxta illud scr. sed del. P1* 25 dominum] *medio. scr. sed del. P1* 31 hasta] *asta P1* 34 proponens] *ad Romanum collegium 7 domini nostrum scr. sed del. P1*
7^{ad} proponens] *p. c. sup. lin. P1 ad proponens]* *et a. c. P1*

Romanum collegium in Avinione existentem, sed preventus morte non subita non, sed sanus mente, ut dicitur notabile, condidit testamentum, ubi morte previsa et sane menti expressit se firmiter credere secundam electionem validam et dominum nostrum CLEMENTEM VII esse
 5 verum Papam, et primam electionem ipso facto fuisse nullam, et per consequens, electum tunc nullum habere ius in papatu, quod testamentum missum fuit ad aliquos principes et alios personas forte, qui nec videre, nec audire curaverunt, saltem de uno ubi resideo satis notum est, sed post refertur in vera fide super facto presenti
 10 obiisse, anima eius per Dei requiescat, amen. Et sic dictum sit de istis duobus testibus in hoc facto, scilicet de domino IACOBO DE URSINIS et domino MEDIOLANENSEM, taceo de vivis, de reverendissimo patre domino FLORENTINO, cum unacum duobus patribus predictis interfuit non solum prime electioni in Roma, ymo secunde Fundum,
 15 et qui vidit testimonium perhibet, scilicet de introitu conclavis et exitu in ecclesia cuiusdam valde parve vix sufficientis pro conclavi, quid ibidem dixerint vel fecerint, non ad me pertinet, sed scio bene subsecutionem, nominationem et publicationem super electione nostri Pape CLEMENTIS VII et coronatione. Dominus, inquam, FLORENTINUS
 20 non citramontanus, sed Ytalicus Ytalici primam electionem refutans, secundam approbat, ut visum est universis.

Ad idem potest adduci reditus reverendi patris qui etiam Ytalicus existit, qui informatus plene in Ytalia de impressione que fuit in prima electione, propter quod fuit ipso facto nulla, refugit ad secundam
 25 Fundis libere et canonice celebrata. Et est nunc cum domino nostro papa et aliis, ut presenta hic fama refert. Credo bene quod sunt alii reverendissimi Ytalici per dominum nostrum Papam ad cardinalatum assumpti, sed illos non ita novi. Et etiam de vivis tacendum est, iuxta consolium maximi in sermone: *lauda post mortem*, scilicet quando nec
 30 laudatum temptatio laudanti adulatio nocet.

|| Vigesium primum folium.

P1 275r

Tangenda igitur sunt peccata et defectus predictorum ultimate

1–2 non subita] *in marg. P1* 3 expressit] secundam *scr. sed del. P1*
 4 nostrum] papam *scr. sed del. P1* 8 uno] scio scivi satis *scr. sed del. P1*
 resideo] *dub. P1* 9 fide] obiisse *scr. sed del. P1* 12 ursinis] ursinibus *a. c. P1*
 15 conclavis] *sup. lin. P1* 16 in] *sup. lin. P1* ecclesia] ecclesie *a. c. P1*
 18 electione] domini *scr. sed del. P1* 20 refutans] iam refugit et *scr. sed del. P1*
 22 etiam] non *scr. sed del. P1* 23 qui] nuper *scr. sed del. P1*
 25 cum] aliis *scr. sed del. P1* 30 nocet] *ill. scr. sed eras. P1*
 31 vigesium primum folium] *in marg. sup. P1*

scribentium. Unde advertendum quod contra istos sunt omnia que
 contra alios sunt obiecta et multa plura, quia aliis plus excedunt et
 deficiunt a veritate, iustitia et honestate, contra doctrinam evangelicam
 et apostolicam, et etiam contra bonos mores secundum rectam rationem
 5 naturalem servandos a quacumque persona vel quibuscumque personis
 rationabilibus et honestis. Unde absit hoc ab illustri Rege Anglie, qui
 de nobilissimo genere Christianissimorum regum Francie genere traxit
 originem, in tam inhonestis verbis detractoriis, diffamatoriis, (pro dolor,
 ut presentia preterita quam legi testantur) opprobriosis, maledictoriis
 10 et malorum imprecatoriis, blasfemis scribendis dominis cardinalibus
 consensisse. Unde et predici scriptores imponendo dictas litteras Regi
 Anglie seu intitulado eas nomine Regis Anglie minime sunt credendi,
 cum dicte littere verba contineant, quibus nec inhonestiora proferent
 contra se Gallice seu vulgariter litigantes adiuncti merces que verba
 15 quales scriptores fuerint, quia persone viles lucide et clare demonstrant:
 ‘unusquisque enim talis est qualia’ dicit, sed PHILOSOPHUM sic, et sunt
 tales ut dicunt ipsi de cardinalibus “servi nequam ore” proprio verbis
 propriis sive scriptis, quales fuerint et sunt iudicandi etc. Sunt etiam
 ac dici possunt “genimina viperarum” venenum mortiferum, scilicet
 20 interventum odium et rancorem per verba mordacissima externis in
 proximos diffundentes odium, inquam, et rancorem, quem nonnulli
 eorum et multi aliarum nationum habere possunt in cardinales, eo
 quod prescis temporibus Ecclesia ex necessitate pacifica ambitiones et
 concupiscibilis beneficiorum et dignitatum in curia et per curiam, scilicet
 25 cardinales ad impossibile minime potuerunt aut forsitan specialiter ex
 odio Christianissimi Regis Francie et populi Gallicani, qui pro securiori
 via in presenti casu testimonio cardinalium elegerunt adherere.

Talia enim verba detractoria, diffamativa, criminatoria seu
 criminativa, blasfema seu blasfemiatica malorum, imprecativa, non
 30 zelo bono Dei aut Ecclesie procedere possunt, cum sint prohibita a
 Deo seu lege divina, *Psalms 12: Sepulcrum patens est guttur eorum;
 linguis suis dolose agebant. venenum aspidum sub labiis eorum, quorum
 os maledictione et amaritudine plenum est.* Huius verba prohibentur,
Iacobi 3, dicens de lingua quod est *inquietum malum et plena veneno*

1 contra] *sup. lin. P1* 6 absit] *in marg. P1* illustri] *illustriss. a. c. P1*
 7 de] *illustrissi. scr. sed del. P1* 8 verbis] *scribendis scr. sed del. P1*
 8–9 pro — testantur] *in marg. P1* 9 legi] *dub. P1* ; le† *P1* opprobriosis]
 oprobiosis *P1* 14 se] *invicem scr. sed del. P1* 19 possunt] *sup. lin. P1*
 mortiferum] *p. c. sup. lin. P1* ; mortas num *a. c. P1* 20 verba] *pungit scr. sed del. P1*
 26 christianissimi] *christianissime a. c. P1* 30 dei] *iustitie scr. sed del. P1*
 procedere] *non scr. sed del. et exp. P1* 31 guttur] *gutur P1*

mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres, hec ita fieri, id est, oportet non fieri. Et quod talis maledicto proximi sic de necessitate salutis vitanda, notat satis Salvator noster, *Matthaei 5*, dicens sic: nisi habundaverit iustitia vestra plusquam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Ecce qualiter ista habundantia, que sequitur est de necessitate salutis. Et sequitur: *Audistis, quia dictum e antiquis: non occides; qui autem occidit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha: reus erit consilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehenne ignis. Infra: diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui oderunt vos, orate pro calumpniantibus et eritis filii patris vestri, qui in celis, qui solem suum facit super bonos et cetera.*

A multo fortiori imperanti utraque pars debet orare pro reliqua, ut ad viam veniat, cum quolibet reputet reliquam errare, et per consequens, compati, et pro ipsa non malum imprecari, et hoc de necessitate salutis. Et per consequens, scriptores predicti a via salutis exorbitant. Nec plura dicta evangelica Christi aut apostolica Pauli et aliorum pro nunc induco. Propter quos non videtur predicta scriptura, non videtur processisse a viris bonis, iustis et honestis, quinymo nec a viris litteratis aut scientificis iure divino aut humano, sed tantum forsitan in grammatica et aliquantulum in rethorica, et forsitan in logica et philosophia. Non en inducunt in tota scriptura sua plena opprobriis et maledictionibus, nisi tantum unum motivum pro se et contra partem cardinalium, videlicet libertatem quam dicunt habuisse cardinales ad eligendum A vel B personas. Sed quod ista libertas non sufficiat ad canonicam electionem videtur, quia non videtur sufficere plusquam si Romani limitassent ad certam personam eligendam hodie vel citis vel post cras vel infra octo dies, quia qualibet die ante ultimam fuisse eis liberum eligere vel libere expectare ultimam diem.

Etiā ista limitatio nationum qualem fecerunt Romani cardinalibus videtur contraria iuri divino et dictis Christi volentis regnum celorum, id est suam Ecclesiam, omni nationi esse communes. Unde *Ad Iudeos* inquit: *Amen dico vobis. Multi venient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraam, Ysaac et Iacob in regno celorum; filii autem regni eicientur foras.* Et in *Actus Apostolorum* dicitur quod *Deus*

26 dicunt | quia utrobique est liberum eligere vel non eligere *add. in marg. P1*

non accipit personas hominum, sed in omni gente qui facit iustitiam acceptus est illi. Et idem dicit Iacobus in sua canonica.

|| Unde et primus scriptor de parte ipsorum, CANCELLARIUS FLORENTINUS, super isto puncto reprobans acceptio nationum ad gradum pontificatus supremi sic inquit: “Dignissimum quidem fuit ut ad vices subeundas Domini nostri Ihesu in cuius sanguine, sicut promissum fuerat Abrahe, omnes gentes benedicende erant et multe sunt benedictae, et in tali gradu adoptionis recipiende et recepte ut filii Dei nominarentur et essent nulla foret acceptatio personarum. Unus est enim omnium Deus, unus est Dei vicarius, non de unius gentis semine, sed de quacumque natione sine differentia, prout Deus spirat eligendus. Hinc in primitiva Ecclesia nunc Ytalicus, nunc Romanus, nunc Grecus, nunc Syrus, nunc Affer, nunc Yspanus, sine nationis discrimine eligebatur.” Hec ille. Utinam supradicti scriptores Anglici blasphematores non clerici saltem non apparet ex sua scriptura, specialiter in iure, quia extimo ego iuris ignarus quod secundum iura illa, libertas de eligenda persona A vel B certe tamen nationis non sufficiat ad electionem esse ritam et canonicam. Et super hoc ad domines iuristas me remitto. Nec in hac libertate se arresant supradicti scriptores duo primi, scilicet CANCELLARIUS FLORENTINUS et dominus THOLETANUS, qui scientificè multum videntur, non criminative, non blasfemiative scripsisse. Utinam, inquam, adverterent predicti scriptores Anglicani cum quanta reverentia predicti duo scriptores scientifici non maledici scribunt cardinalibus, et de cardinalibus non recito verba eorum multitudinis reverentie gratia brevitatis. Scriptores hos dico scientificos, ut patet ex eorum scriptis et fama secundi, scilicet domini THOLETANI, qui merito sue probitatis et magnitudine sue scientie fuit per summum Pontificem ad promotionem omnium cardinalium ad sedem THOLETANUM fuit promotus, prout ipse se eorum creaturam esse fatetur.

P1 275v

Unde et non displicet Anglicis, ac specialiter scriptoribus supradictis, dico quia extimo in Anglia esse multos honestos clericos

2 canonica] †nis †inset † vere in † aliud oportet † etc. *add. in marg. P1* 3 de] quod a. c. *P1* 4 nationum] *sup. lin. P1* 5 dignissimum] nota istum scriptorem loquatur contra Romanos *add. in marg. P1* 11 quacumque] quicumque *P1* 13 nunc affer] *iter. P1* 14 eligebatur] hoc nec molestum erat Romanis qui pene toti orbi preparantibus ut eis aliene nationis homine in statu ecclesiastico presiderent *add. in marg. P1* 18 hoc] me *scr. sed del. P1* 20 scilicet] co. *scr. sed del. P1* 22 scripsisse] *in marg. P1* 23 scientifici] p. c. *P1* 25 brevitatis] qui *scr. sed del. P1* 29 fuit] *sup. lin. P1* 31 anglicis] *in marg. P1* ac] *sup. lin. P1* 32 dico] *sup. lin. P1*

et prelatos qui tali nullatenus consenserunt scripture, nec aliquatenus consentire.

Non, inquam, displiceat talibus quod forsan duo primi scriptores, scilicet CANCELLARIUS FLORENTINUS et dominus THOLETANUS, putandi sunt tantum vel amplius novisse in iuribus canonicis et civili quantum totus clerus Anglicanus, saltem plus, quam predicti scriptores se novisse de monstrent. Quamvis enim nostris temporibus clerici Anglicani in multis facultatibus, artibus et scientiis floruisse noscantur, puta si artibus liberalibus, philosophia et theologia, et multa scripta notabilia super hiis posteris reliquisse, ut puta dominus quondam archiepiscopus Cantuariensis, magister THOMAS BREDUARDIN, bone memorie quondam primas Ybernie dominus ALMAKANUS, magister GUILLELMUS OKAM cognominatus etc.; tamen in iure canonico et civili non noscuntur super alias nationes excellentiam habuisse, nec ad presens habere noscuntur, prout satis eorum supradicta scriptura demonstratur. Que eos satis vacuos a scientia, demonstrat qui ad iniurias se convertunt. Nam, ut more CRISOSTOMI loquar, “a veritate se nudos professi sunt qui iniuriis se armarunt.”

Advertant, queso, ad doctorum suorum ulterius superius nominatum, magistrum GUILLELMUM OKAM, loquebatur quam reverenter et honeste de felicitis recordationis IOHANNE XXII, et quamvis argueret in suo *Dyalogo* fortissime quantum poterat contra prefatum IOANNEM XXII probando ipsum vel nitendo probare ipsum fuisse et tunc esse hereticum, et per consequens, iure divino absque quacum humana iure papatus esse privatum, et per consequens, omnia acta sua auctoritate apostolica gesta nulla fuisse et conformiter opinaretur. Attamen loquebatur reverenter propter honorum suummet, scilicet scribentis sciens et actu, considerans dictum PHILOSOPHI quod sicut “honor non est in honorate sed in honorante”, ita vituperatio non est in vituperate sed in vituperante. Et sic verba opprobriosa, detractoria diffamatoria, criminatoria, imprecativa malorum, blasphematoria magis vituperant huiusmodi scriptores quam partem, scilicet cardinales, ut patet cuilibet recte.

Unde verba vel scriptura predicta ostendit eos esse tales quales Apostolus frequenter in suis epistolis reprobatur. *Romanos 1: plenos*

1 nullatenus] nullatinus P1 scripture] sup. lin. P1 3 quod] sup. lin. P1
 11 cantuariensis] b. scr. sed del. P1 12 quondam] p. c. P1 13 et] p. c. sup. lin. P1 ; scilicet a. c. P1 14 civili] civile a. c. P1 habuisse] sup. lin. P1 20 loquebatur] in marg. P1 21–22 in — dyalogo] in marg. P1
 25 apostolica] sup. lin. P1 29 vituperate] vituperante P1 30 opprobriosa] opprobriosa P1 34 reprobatur] sup. lin. P1 romanos] II Corinthiorum 12 add. in marg. sed del. P1

nequitia (seu ira), invidia, contentione, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, (et imprecatores malorum), parentibus non obedientes, (id est, superioribus) ymo eis maledicentes in eorum scriptura predicta, ut notorie patet etc. Unde sunt de illis de quibus in Psalmi: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum; transierunt in affectum cordis, (scilicet ex habundantia ore loquendo.) Cogitaverunt et locuti sunt nequitiam; iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in celum os suum, et lingua eorum, etc.

|| Vigesium secundum folium.

P1 276r

Ostendunt se etiam per dictam scripturam non esse tales quales nolebat esse discipulos et subditos suos Apostolus per Titum admonendos scribens cito ad Titum 3: *admone illos etc. neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines, et per consequens, ad inimicos.*

Item II ad Thimotei 2: *Hec autem commoneo, testificans coram Deo. Noli verbis contendere; ad nichilum enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Sollicite autem cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.* Et sequitur ad propositum: *Prophana autem et vaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem; et sermo eorum sicut cancer serpit; ex quibus sunt Philetus et Hymeus, qui a veritate privati sunt vel ceciderunt.* Sic in proposito. Nam, ut dictum est a veritate se nudos professi sunt qui iniuriis se armarunt.

Et I Thimotei 6: *Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Ihesu Christi, et ei, que secundum pietatem est, doctrine; superbus, nihil sciens, sed languens circa questiones, et pugnas verborum; ex quibus oriuntur invidie, contentiones, blasfemie, suspiciones male, conflictationes hominum mente corruptorum, (scilicet mala affectione,) qui a veritate privati sunt, quia in eis "amor et odium," et principaliter odium in superdictis, "pervertunt iudicium"*—.

De talibus videtur prophetasse Apostolus, II Thimotei 3: *Hoc autem scito quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasfemi,*

5 psalmi] Psalmo 72 add. in marg. P1 10 vigesium secundum folium] in marg. sup. P1 11 se] sup. lin. P1 12 subditos] subditos P1 suos] sup. lin. P1 13 admonendos] anonendos P1 31 in superdictis] sup. lin. P1 33 novissimis] temporibus scr. sed del. P1

parentibus non obedientes, (ymo superiores patres suos spirituales non reverentes, sed basfemiantes,) ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, (supple ‘a criminationibus’) immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumida, etc.

5 Et tales esse predictos scriptores eorum scriptura demonstrat, inquam, loco argumentorum pro parte sua inferunt et dicunt opprobria et iniurias parti adverse contra doctrinam evangelicam et apostolicam peccantes notorie mortaliter et utentes verbis vitandis de necessitate salutis.

10 *Psalmus 33: Quis est homo qui vult vitam; dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo, et fac bonum.*

Sicut igitur declinare a malo et facere bonum est de necessitate salutis, sic prohibere linguam suam a malo et labia sua ne loquantur dolum, et per consequens, calamus suum a malo. Unde in *Psalmus*:
15 *lingua mea calamus scribe velociter scribentis.*

I Petri 3: In fide autem omnes unanimes in oratione et estote patientes (scilicet pro invicem orantes, ut salventur) fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicientes, quia
20 *in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, et dies videre bonos, coherceat linguam suam a malo, et labia sua ne loquantur dolum, etc.*

|| Resume dictum *Iacobi* a principio et pone hic expositionem, et
25 non in principio, cum dominus PICTAVENSIS allegatur et ex causa. P1 276v

Ad Ephesios 4: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, (et per consequens, nec collatio,) sed si quis bonus ad edificationem fidei ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis.

30 *Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Ihesu.*

Si videatur expedire, vertatur ordo istarum trium questionum, ut ista sit ultima, et prima generalis circa omnes: **‘quis plus teneatur et cui magis competit correctio eorum, vel professori iuris divini’** etc. Dictum de errore, ymo multis erroribus adversarii etc.

35 Quod si opinio ista de necessitate credentie cardinalium quoad ea

5 demonstrat | vel scr. sed del. P1 6 opprobria | oprobria P1 16 scribentis |
Psalmus add. in marg. P1 24–25 resume — causa | in marg. sup. P1
24 iacobi | dictum scr. sed del. P1 30 loquens | sup. lin. P1 31 si |
contra Anglicos add. in marg. P1

que facti sunt super istis electionibus non sunt credendum de necessitate salutis, aut etiam eis sic credere non sit sufficiens remedium salutis animarum fidelium. Si etiam prime parti seu prime conclusioni qua videtur sufficienter probatum quod tota multitudo fidelium et quelibet
 5 eius pars ac singularis persona tenetur de necessitate salutis omni modo sibi possibili iusto ac rationabili remediare presenti scismati, non sufficiat responsio quedam tacta supra, quod precepta affirmativa, licet obligent semper non, tamen pro semper attentata mora et duratione scismatis iam decennalis et amplius. Attento quod nulla sit dispositio,
 10 net preparatio ad remedium apponendum, nec per prelatos maiores etc., nec per principes, ymo quod quolibet pars induratur, et se coniunctum potest fortificat; nec occurrit huiusmodi obstinationem; nec periculo perpetuitatis presentis scismatis et impossibilitati remedii (qualiter est de Grecis) discessui a Romana Ecclesia. Unde videtur impossibilis reunio
 15 ex diuturnitate discessionis, iuxta illud poethicum “principiis obsta sero medicina paratur, cum mala” etc.

Sicut et in particularibus et personalibus defectibus propter diuturnam moram in peccatis que fidant superflua, licet Seneca, efficiuntur necessaria. Unde interficatur: “qui non assuescit virtutibus
 20 dum iuvenescit, a viciis nescit discedere quando senescit.” “Quod nova testa capit, inveterata sapit.”

Et super illo verbo *beatus qui alludit parvulos suos ad petram*, dicit IERONYMUS in Sermone qui de ipso legitur in ecclesia sic: “Quia impossibile est in sensu hominis non irruere motum carnis, scilicet
 25 medullarum calore, ille merito laudatur, ille merito predicatur beatus, qui statim ut ceperit cogitare, interficit cogitatus, et alludit eos ad petram: *petra autem erat Christus*.” Quotiens ergo ego,” etc.

Si ergo iste torpor sic dampnabilis numquid universitas fidelium est in mora dampnabili et quolibet et quolibet singularum personarum iusti
 30 faciat quod potest etc. saltem emittat *dolor et gemitus* etc.

|| In 2° folio huius sisterni ponuntur alica pauca dicta, ex quibus apparet quod iuri divino non repugnant aliquem et in alica causa esse iudicem, testem et partem. Eius oppositum assumunt adversarii cardinalium pro principali motivo.

P1 276^{bis}r

35 In sequenti folio quottato 6° movetur tertia questio, scilicet **‘an cuncta fidelium multitudo de vere et canonice electo Summo**

1 super istis] p. c. sup. lin. P1 ; de a. c. P1 14 discessui] †lis quam occursum
 †ait grecorum add. in marg. P1 ecclesia] ill. scr. sed del. P1 18 licet] sed
 a. c. P1 20 iuvenescit] iuvescit P1 28–30 si ergo — etc] in marg. inf. P1
 30 et] iter. P1

Pontifice in presenti casu teneatur credere cardinalibus de necessitate salutis'. Et arguitur quod sic ex dominis G† † cardinalis SANCTI EUSTACII parvum tangendo. Deinde ex dictis domini PICTAVENSIS parvum etiam recitando. Deinde arguitur quod cardinales
 5 credenderent* opinandi sunt veraces. Deinde, quia sunt experti veritatem de qua testificantur, induciturque ARISTOTELEM *Ethicorum*. Deinde cu-m. Deinde inducitur ratio quam notavit dominus SANCTI EUSTACII assimilando cardinales apostolis.

Sequenti folio quotato 7° continuatur predicta ratio. Deinde
 10 distinguitur de credulitate adhibenda cardinalibus in hiis que sunt facti et in hiis que sunt iuris. Deinde, aliquantulum ostenditur quod in presenti casu 'ex facto ius oritur'. Deinde tangitur quod credere cardinalibus est tutius seu via tutior quam opposita via, et quod venientes contra cardinales male moventur.

In sequenti folio quotato 8° adhuc tangitur de talium mala motione
 15 ad discernendum cardinalibus et de mala refutatione audientie. Deinde aliquantulum tangitur de pertinacia talium. Deinde aliquanti apparenti repugnantia quorundam aliquibus conditionibus positae in sua adhesione. Deinde de maiore securitate credentium cardinalibus. Deinde tanguntur
 20 duo testificate per cardinales, que consistunt in facto, et de quibus credendum videtur de necessitate salutis cardinalibus. Deinde inducitur TOLETANUS tangens primum electum negare unum illorum, scilicet durationem metus, etc. Deinde inducitur *Decretum* illud "In nomine Domini" contra primum electum, scilicet quod non est prestanda
 25 audientia.

In sequenti folio quotato 9° ostenditur esse credendum cardinalibus
 contra primum electum tamquam testibus, et quod illis discredere in hiis que facti sunt non potest contingere sine peccato mortali, et de non credendo mala de alico cito nimis etiam quandoque bona relata de alio
 30 laudabitur tarde creduntur, ut patet de regina Sabba in *Veteri* et in *Novo Testamento*. Deinde de non credendum malis de alio facitur inducitur SENECA, NICOLAUS PAPA, Apostolus, *Evangelium*, inde ibi, etc.

Deinde folio quotato 10° tangitur primo qualiter pars adversa
 35 cardinalibus vel scriptores partis adverse cardinalibus vel pro parte adversa scribentes arrestant se in negatione non iuris, sed facti vel factorum testificatorum per cardinales. Et primo hoc ostenditur de

16 ad] cre. scr. sed del. P1
 34 10°] quo scr. sed del. P1

17 apparenti] appareti scr. sed del. P1

quodam scribente contra partem cardinalium ritimice Gallice diffamantis cardinales contra documenta moralia *Sacre Scripture, Novi et Veteris Testamenti*. Et ideo quoad—secundum rismum sufficiant dicta domini PICTAVENSIS “Urban a este et est home de bone vie”.

5 Proceditur ad secundum quo dicitur “Les cardinals furent bien pour Urbain creables” etc., circa quod ostenditur quod non fuerunt variables in eorum testimoniis et numerantur testimonia eorum facta Rome in Anania et Fundis; deficit tamen testimonium de duratione metus.

Deinde sequenti folio quottato 11^o tangitur quod, si in processu
10 cardinalium intervenit mendacium quod illud fuit officiosum excusatum a tanto, et si non acoeo, ut alibi tangitur ex metu mortis et spe boni finis, et pari modo multi actus simulative ab eisdem facti eadem causa et fine fuerunt officiosi et excusabiles etc. Deinde tangitur quomodo eorum
15 primum testimonium quod esset papa BARTOLOMEUM BARRENSEM est magis suspectum sequentibus testimoniis in libertate factis. Item, ostenditur repugnantia in primo rismo “Les cardinalx furent ben creables” etc. Deinde redditur ad probandum cardinalibus esse credendum de necessitate salutis in testimonio in Anania publicato sollemniter, etc.

In folio sequenti quottato 12^o continuatur materia pretacta. Deinde
20 redditur ad repugnantiam rismi predicti “Les cardinals furent bien pour Urbayn creables” etc. Item, quod tales potius deberent !!!t-ti testimonio credere et fieri dubii et indifferentes, contra quos tamen arguitur, scilicet contra indifferentes et contra expectationem consilii generalis, et credere cardinalibus est sufficiens remedium possibile et facile cuilibet etc.

25 In sequenti folio quotato 13^o ad probandum quod scriptorum partis adverse se arrestent in negatione testimonii seu assertionis cardinalium quo que sunt facti inducuntur scripta quedam COLUCI CANCELLarii FLORENTINI per totum folium.

Sequenti folio quotato 14^o ex scriptis eius cecitatis* clare concluditur
30 primum negare testimonium cardinalium quoad ea que facti sunt; colligunturque aliqua ex dictis suis, que videntur obstare parti cardinalium, sicut est illud de oblatione et ornatione domini Sancti Petri tamquam electi ipsi Romano papato exhibiti et non electi per eos Ytalici, ad quod respondetur, ut alibi habetur. Item, obstat voluntaria
35 intronizatio et coronatio, ad quod respondetur per unam conclusionem domini PICTAVENSIS qua notatur ipsum BARTOLOMEUM BARRENSEM non fuisse capacem iuris in papatu, etc. Aliter de hoc.

4 et] *sup. lin. P1* 11 tangitur] et quod a. *scr. sed del. P1* 29 quotato]
13o *scr. sed del. P1*

In folio sequenti quottato 15°, in principio ostenditur scismaticum papam fieri non posse, et quod hoc magis sit notum de scismatico quam de heretico tangitur, et ante, in fine precedentis folii. Deinde tanguntur alica dicta domini TOLETANI ad quandam questionem domini
 5 SANCTI EUSTACII querenti numquid intronizatio et coronatio etc. actus sollempnes purgaverant viciū inherens prime electioni, et tenet quod sic THOLETANUS, et probat per exemplum de matrimonio et de promotione illegitimi, etc. Deinde tangitur quedam responsio THOLETANI ad unum
 10 fundamentum cardinalis SANCTI EUSTACII ponentis actus sequentes electioni ad eo dampnatos esto quod nulli vicio subiacerent, quod ex illis nullus effectum provenire potuit, nisi penalis; et ad argumentum inde secutum non respondet in forma. Deinde arguitur contra dicta domini THOLETANI ex eo quod supponit ante actus subsecutos cessasse metum
 15 cardinalibus asserentibus oppositum. Deinde contra dictam assertionem cardinalium de duratione metu † inducit electionem factam in palatio, de qua alibi.

Verte ante ad folium continuum isti ad talem signum -/-.

5 etc.] *sup. lin. P1* 6 purgaverant] etc. vel *add. sup. lin. sed del. P1*
 17 verte — signum] *in marg. inf. P1*